



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Trebellii Pollionis Gallieni Duo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](#)

re. hæc Decius. Sed Valeriani sententia hujus modi fuit. Ne quæso, sanctissime imperator, ad hanc me necessitatem alliges, ut ego judicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe, judicibus & tribunis, ac ducibus. hæc sunt quæ Augustum nomen tenetis: apud vos censura defedit. Non potest hæc implere privatus. Igitur veniam ejus oneris peto, cui vita impar est confidentiâ: cui tempora sic repugnant, ut censuram hominum natura non querat. Poteram multa alia & se-natus consulta & judicia principum de Valeriano proferre, nisi & vobis pleraque nota essent, ut puderet altius virum extollere, qui fatali quadam necessitate superatus est.

Ad Valerianum juniores revertor, qui alia quam Gallienus matre genitus, forma conspicuus, verecundia probabilis. eruditione pro aetate clausus, moribus perjucundus, atque à fratribus diff. &c. fere ut in vulgatis.

TREBELLII POLLIONIS GALLIENI DUO.

CAPTO Valeriano (enim vero unde incipienda est Gallieni vita, ¹ nisi ab eo præcipue quo ejus vita depresso est?) nutante Republ. ² quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium,

CASAUBONUS.

¹ TREBELLII POLLIONIS.] In manuscripto regiae bibliothecæ lib. est *aneris zeap* nullo auctoris adscripto nomine. quare ut superiorem, sic etiam istum Robertus de Porta Julio Capitolino adscripsit: cui & Puteani alter codex suffragatur.

² Nisi ab eo præcipue, quo ejus vita depresso est.] Excudit vox malo. nam omnes libri, ab eo præcipue malo, quo ejus vita d. non displicat alioquin, ab eo quo præcipue ejus vita depresso est. ex multis probbris confitata Gallieno ignominia: sed nihil æque probiosuni ac longa patris captivitas, filio non vindicata, cum posset.

SALMASIUS.

¹ TREBELLII POLLIONIS.] Julio Capitolino attribuunt membranæ

Palatinæ, ut & sequentes libros, usque ad Aurelianum. rationem supra indicavimus, quæ nobis maxime probabilis visa est.

³ Quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium.] Vetus editio addit: Orientis partibus. scribendum esset: quum Odenatus in Orientis partibus cepisset imperium. & sane non Orientis imperium ceperat Odenatus, sed in Oriente factus erat imperator. paulo post; & quum Romanum in Oriente nutaret imperium. sic etiam Orientis partes infra dixit: ergo Macrianus undique collectis exercitiis, Orientis partes petit.

GRUTERUS.

² Nisi ab eo præcipue malo, quo ejus vita depresso est.] Sic & Palatinus noster. editis haec tenus defuit dictio malo; quæ tamen in omnibus miss.

I. Gal-

perium, & ¹ Gallienus comperta patris captivitate gauderet, vagabantur exercitus, murmurabant duces, erat ingens omnibus mœror quod imperator Romanus in Perside serviliter teneretur. ² Gallieno igitur & Volusiano coss. ³ Macrianus & Ballista in unum coëunt, exercitus reliquias convocant: & quum Romanum in Oriente nutaret imperium, quem facerent imperatorem requirunt, Gallieno tam negligenter se agente, ut ejus ne mentio quidem apud exercitum fieret. ⁴ Denique quum plureis ejus rei causa convenissent,

SALMASIUS.

¹ Gallienus comperta patris captivitate gauderet.] Quæ sequuntur verba, usque ad illa, Gallieno igitur & Volusiano Coss. ex officina correctorum prodire, qui ista sic conglutinarunt, ut tegerent & dissimularent labem quæ hunc locum temporum injurya, codicunque vitio insedit. sed quis non malit ipsum illum hiatum recognoscere, quam inanias istas, & quisquilias, quibus vacuum spatum repleverant inseiti homines, diutius heic tolerare? sic igitur in Palatino lacer & mutilus totus hic locus erat relictus: Gallienus comperta patris civitate gauderet vagabuntur exercitus mudi duces erat mœror imperator in Persida ior omnium quod Gallienus na pater factio sic moribus rep perdiderat. Gallieno igitur & Volusiano Coss. ex quibus plura deesse facile cognoscimus. hæc vero ut in integrum restituantur, aliis potius tentandum relinquere, quam ipse experiri statui.

GRUTERUS.

² Gallieno igitur & Volusiano Consulibus, &c.] Multa præcedunt istas voces in Palat. sed mutila. is enim codex post vocem teneretur, habet vacuum spatum litterarum quinde-

cim. sequitur inde, ior omnium quod Gallienus na pater factio sic moribus rep perdiderat. Gallieno igitur, &c.

³ Macrianus & Ballista.] Palat. à manu prima Macrinus, non heic modo, sed & infra semper, usque ad illa, Idem Macrianus Pisone. ibi enim dissete habet Macrianus.

CASAUBONUS.

³ Macriano & Ballista.] Scripti quidam, Macriano semper. & fortasse is est à quo, ut scribit Dionysius in epistola ad Hermammonem, Valerianus in Christianos fuit concitatus, ejusque animus ad curiosas artes & sacra magica traductus. inter Pollionis tyrannos est XI. Balista vero XVII. habes ibidem de Odenato, Pisone, Valente, Amiliano.

SALMASIUS.

³ Macrianus & Ballista.] Macrinus ita Palatinus. & locis omnibus qui Macriani mentionem faciunt, Macrinum semper repræsentat. sed & infra in triginta Tyrannorum volumine, Macrinus etiam scribitur, & in epistola Valeriani: ego P. C. bellum Persicum gerens Macriño tam remp. credidi.

⁴ Denique cum plureis ejus rei causa convenissent, placuit.] Brevius, nescio an verius, editio prima: Denique placuit ut Macrianum cum filiis suis imperatores dicerent.

I Ema

sent, placuit ut Macrianum ¹ cum filiis suis imperatores dicerent, ac Rempublicam defensandam capesserent. Sic igitur imperium delatum est MACRIANO. Et causæ Macriano imperandi cum filiis hæ fuerunt. Primum, quod nemo eo tempore sapientior ducum habebatur, ² nemo ad res gerendas aptior: deinde dītissimus, & qui privatis posset fortunis publica explere dispendia. Huc accedebat quod liberi ejus fortissimi juvenes tota mente in bellum ruebant, ³ ut essent legionibus exemplo ad omnia militaria. ⁴ Macrianus

ergo

CASAUBONUS.

¹ Cum filiis.] Macriano juniore & Quieto, qui patri subjiciuntur in libro de tyrannis.

SALMASIUS.

² Nemo ad res gerendas aptior.] Ad res regendas. perperam.

³ Ut essent legionibus exemplo ad omnia militaria.] Quæ sequuntur usque ad illa, idem Macrianus Pisōnem, ingenio suo correctores repleverunt & restituerunt. misere enim mutilata & discripta leguntur in optimo Codice, cuius scripturam licet undeque deformatam libet proponere, ut inde possit colligi, non omnia manum auris referre, quæ heic habentur: ut essent legionibus exemplo. ad omnia aria ergo ma undique petit occupa partibus quas posuerat ita imperium bellum instruxit effet omni quæ contra eum poterant cogitari. divinaroribus heic ampla facultas ostenditur artem suam exerendi. nos qui non sumus tam diserti, quidquid inde potest gloriæ sperari, libenter aliis concedimus. vetus editio videtur alium habuisse sartitatem qui has ruinas fulcire ac reparare conatus est, quique sibi pressius sequenda vestigia antiquitatibus esse duxit, quam qui post eum idem tentarunt. ita enim ille: ergo Macrianus undique auxilia petit occupatis à se partibus quas posuerat ita imperium hoc bel-

lum instruxit, ut par esset omnibus quæ contra eum poterant cogitari. ex quibus intelligi facile potest, eamdem eum in suis codicibus lectionem eodemque modo affectam acceperamque repetisse, quam nos in Palatino offendimus: circumspectiorem tamen fuisse in alligandis vulneribus & his complendis ulceribus, quam qui postea manum eidem curæ admoverunt. certe nusquam recessit à vestigiis scripturæ quam invenit. quod illi patvi penderunt, ideoque rem hanc totam inepte exsequuti sunt. nihil enim ineptius istis: ut posset late sibi delatum defendere & tueri imperium. quorum ne tenuissimum quidem expressum apparet in illis fragmentis vestigium. nec illa porro meliora sunt: atque copias sic paravit ut esset omnium circumspctus quæ contra eum poterant cogitari. quæ præter Latinitatem male ambularent, nimis longe recedunt à notis quæ impressæ remanserunt in illis miseris reliquiis. expungenda igitur istinc omnia, & eorum potius loco spatiū vacuum relinquendum, quam hæc recipienda, quæ nec cœlum nec terram tangunt. idque minor minime suboluisse acutissimo viro, qui ex horum auctorum restituitione decus immortale merito suo sibi comparavit.

GRUTERUS.

⁴ Macrianus ergo undique collectis exercitibus, &c.] Palatinus heic totus est

ergo collectis undique exercitibus, Orientis partes pettit; atque ut posset late sibi delatum defendere & tueri imperium, bellum sic instruxit, atque copias sic paravit, ut esset omnium circumspctus quæ contra eum poterant cogitari. Idem Macrianus Pisonem, unum ex nobilibus principibus senatus, ad Achiam destinavit ob hoc ut VALENTEM qui illic proconsulari imperio Rempublicam gubernabat, oppimeret. Sed Valens comperto quod Piso contra se veniret, sumpfit imperium. Piso igitur in Thessalam se recepit. ¹ Ubi, missis à Valente militibus compluribus, interfectus est: ² ipse quoque imperator appellatus cognomento THESSALICUS. ³ Sed Macrianus retento in Oriente uno ex filiis, ⁴ pacatis tamen rebus, Asiam primum venit, deinde Illyricum pettit: in Illyrico ⁵ cum AUREOLO imperatore, qui contra Gallienum imperium sumperat, duce Domitiano nomine manum conseruit, unum ex filiis secum habens, ⁶ & xxx. millia militum ducens.

Sed

est fractus; & nescio an bene suppletus. habet namque horum verborum & sequentium loco: Ergo Macrinus undique auxilia petit occupatis à se partibus quas ipse posuerat; ita ut par esset omnibus que contra eum poterant cogitari. Idem Macrianus, &c.

SALMASIUS.

¹ Ubi missis à Valente militibus compluribus.] Militibus complurimis.

² Ipse quoque imperator appellatur cognomento Thessalici.] Palatinus: cognomento Thessalatis. Thessalas, Thessalatis esset pro Theffalo vel Theffalico. sic supernus, supernas. Lasor supernas in epistola Augusti ad Mæcenatem. Arvernus, Arvernas: Privernus, Privernas. Rhavennas, Misenas Misenatis, pro Misenensis. nec hanc formam tantum usurparunt in èðringis, sed etiam in nominibus propriis. sic enim Geminatem pro Gemini dixerunt. Geminas & Agaclytus

liberti Veri apud Spartianum. Trophimas, Trophimatis apud Jurisconsultum pro Trophimus Trophimi. sic Eutyches pro Eutychus. sed de his alibi.

³ Sed Macrianus.] Hæc Macrianus. Pal. vitiose, ut quidem puto.

⁴ Pacatis tamen rebus.] Idem: pacatis tam rebus. omnino legendum: pacatis jam rebus.

GRVTERVS.

⁵ Pacatis tamen.] Pal. pacatis tam rebus, & annotatum legendum jam.

⁶ Cum Aureolo Imperatore qui contra.] Pal. cum Aureolo Imperatore, quis ut forte voluerit subintelligi, exercitus.

CASAUBONVS.

⁶ Et xxx. millia militum ducens.] Ex iis quæ scripta sunt libro sequente, capite de Macriano tyranno, constat legendum hic esse, XLV. millia m. locum expende.

I Galo

Sed vicitus est Macrianus cum filio Macriano nomine, deditusque omnis exercitus Aureolo imperatori. Turbata interim Repub. totoque penitus orbe terrarum, ubi ODENATUS comperit Macrianum cum filio interemptum, regnare Aureolum, Gallienum remissius agere, ² festinavit ad alterum filium Macriani, ³ quum exercitus hoc daret fortuna capiendum. Sed ii qui erant cum filio Macriani, Quieto nomine, consentientes Odenato, auctore præfecto Macriani BALISTA juvenem occiderunt, missoque per murum corpore, Odenato se omnes affatim dediderunt. ⁴ Totius prope igitur Orientis factus est Odenatus imperator, quum Illyricum teneret Aureolus, Romam Gallienus. Idem Balista multos Emissenos, ad quos confrigerant Macriani milites, cum Quieto & thesaurorum custode interfecit, ita ut civitas pene deleretur. Odenatus inter hæc quasi Gallieni partes ageret, ⁵ cuncta eidem nuntiari ex veritate faciebat. Sed Gallienus cogni-

SALMASIUS.

¹ Gallienum remissius agere.] Idem liber: Gallienum remissius ingerere: forte, remissius rem gerere: vel remissius se gerere.

² Festinavit ad alterum filium Macrianum quum exercitus hoc daret fortuna capiendum.] Distinguebam: quum exercitus hoc daret fortuna, capiendum. sed nunc omnibus modis corrigendum distinguendumque censeo: festinavit ad alterum filium Macriani, cum exercitu, si hoc daret fortuna, capiendum. festinavit, ut caperet filium Macriani, quem cum exercitu reliquerat pater, in Oriente, ipse Occidentem versus profiscens, si fortuna modo juvaret.

³ Totius prope igitur Orientis factus est Odenatus Imperator.] Hæc lectio firmat verum esse quod supra sic editum est: quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium, ubi tamen primam editionem habete scribebamus: quum Odenatus in Orientis partibus cepisset imperium:

eamque visi sumus probare scripturam. sed mihi nunc placet eo loci nihil mutari.

CASAUBONUS.

³ Quum exercitus hoc daret fortuna capiendum.] Hæc sunt corruptissima: sed scribendum est: festinavit ad alterum filium Macriani cum exercitu, si hunc daret fortuna capiendum.

⁴ Odenato se omnes affatim dediderunt.] Scripti, confessim dederunt.

⁶ Cuncta eidem nuntiari ex veritate faciebat.] Infra: Nec desuit tamen reverentia Odenati circa Gallienum. sed lege sequentia.

GRUTERUS.

³ Cum exercitus hoc daret fortuna capiendum.] Nihil discrepat scriptura Pal à vulgata isthac, qua nihil tamen utilius.

⁴ Odenato se omnes adfatim dediderunt.] Sic Pal. rursusque habuimus verbum adfatim tali significatu.

¶ Ludos

cognito quod Macrianus cum suis liberis esset occisus, quasi securus rerum ac patre jam recepto, libidini ac voluptati se dedidit. ¹ Ludos Circenses ludosque scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, & ludos gladiatoriios dedit: ² populumque quasi victorialibus diebus ad festivitatem ac plausum vocavit. Et quum plerique patris ejus captivitatem mōererent, ille³ specie decoris quod pater ejus virtutis studio deceptus videretur, supra modum lætatus est. Constatbat autem ⁴ censuram parentis eum ferre non potuisse, ⁵ votivumque illi fuisse, quod imminentem cervicibus suis gravitatem patriam non haberet. Per idem tempus ⁶ ÆMILIANUS apud Ægyptum sumpfit imperium, ⁶ occupatis horreis multa oppida malo famis pressit. Sed hunc dux Gallieni Theodotus conflictu habito cepit

SALMASIUS.

¹ Ludos circenses ludosque scenicos, ludicram etiam venationem.] Palatinus & editio vetus: ludiaria venationem. ludiaria venatio à ludiis. ludi autem gladiatores & bestiarii etiam vocati sunt à ludo. Trebellius: at ego scio sepius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen appossum. habuit proxime tuus libellus numerarius hoc nomen in indice ludiorum. ita enim eo loci legendum docemus, non ludorum. ludi olim histiones dicebantur, ut plane nemo nescit: posterioribus vero temporibus, ludi etiam vocati μενομέχοι & Ιντομέχοι. ut ludiaria heic venatio, sic ludiaria vestis Isidoro in Glossis: vestis ludiaria, histronis tunica.

⁵ Votivumque illi fuisse, quod imminentem cervicibus suis gravitatem patriam non haberet.] Observa loquendi genus, votivum illi fuisse quod non haberet. pro votivum illi fuisse non habere, vel, ut non haberet imminentem cervicibus suis patriam gravitatem. votivum tamen heic ponitur pro re admodum grata & jucunda, quæque votis fuerit appetenda. Glossæ: διναιος, επταβηλος,

votivus. & sic minus erit insolens haec locutio.

⁶ Occupatis horreis multa oppida malo famis pressit.] Scribe: Æmilianus apud Ægyptum sumpfit imperium, occupatisque horreis, multa oppida malo famis pressit. malum famis heic dixit, ut paulo ante, malum captivitatis: capto Valeriano, enim vero unde incipienda est Gallieni vita, nisi ab eo præcipue malo, quo ejus vita depresso est? malum captivitatis paternæ intelligentendum est.

CASAUBONI.

² Populumque quasi victorialibus ditibus ad festivitatem & plausum vocavit.] Explicit Aurelius Victor: crebro etiam uti, rebus ex voluntate gestis solet, ludos ac festa triumphorum, quo primitus simulata confirmarentur exercens.

³ Specie decoris.] Regius, spe dec.

⁴ Censuram parentis eum ferre non potuisse.] Non hoc dicit quia censor Valerianus fuit: sed censuram accipe, ut ante notavimus, pro severiore morum disciplina.

⁵ Votivumque illi fuisse.] Sic Graci, διναιος. frequens vox apud B. Am-brosium & Symmachum.

I. Alinea

cepit ¹ atque imperatori Gallieno vivum transmisit.
² Aegyptus enim data Aemiliano per ³ Transthebaitanos milites, quem Gallienus in luxuria & improbitate persisteret. Quumque ludibriis & helluationi vacaret,
neque

SALMASIUS.

*Atque imperatori Gallieno virum transmisit.] Magnam operam dedisse videntur heic homines correctores, ut vulnera contegerent potius quam consanarent & sic facum lectoribus facerent, qui haec tenus non integra pro integris legerunt. nam post vocem *imperatori* linea tota deest in membranis Palatinis, usque ad vocem, *virum*. deinde quæ sequuntur non melius accepta sunt, fragmentis enim similiora, quam rectæ & integræ orationi videri possunt, hoc modo *virum transmisit Egypcius* data est....
..... a *Strangy*
milites *utrum isti*
...ribus quum Gallienus in luxuria, & improbitate persisteret. hinc videamus licet, quid sibi juris arrogarint in his reformatiis, & quam prope ad verum pervenerint, illud hominum genus, qui corrigendi, restituendi splendique omnia artem profitentur. quod in aliis similibus dixi, heic etiam dico, nihil me posse praestare in tam desperatis & ruinosis locis; sed ne tentaturum quidem quidquam. ad vocem autem illam *Strangy*, additum erat recentiore manu in optimo Palatino quasi explenda ejus vocis causa, *th. bim*, ut integrum verbum esset, *Strangy thebitm*. quam postea lessitionem omnes scripti codices quos nostro esse longe posteriores certa fides est, retinuerunt. nam ex suis libris adscipit Casaubonus, *transchibetm*. ipse intelligi posse ait illo nomine, milites qui in utroque limite, cis & ultra Thebaidem prætentabant. quod fieri non potest. & illa compositio non dura tantum est, sed Latinis etiam auribus prorsus re-*

spuenda. ut mittam, illud *shebitinos*
additamentum esse inepti hominis
& barbari. quod adfixum erat in il-
lo optimæ notæ libro, non antiqua &
eadem manu qua totum exemplarū
fuit descriptum, sed alia & magis re-
centi. & id argumentum non leve
reputandum est, illius Palatini libri
antiquitatis & bonitatis, ut ex quo
apud me constet alios omnes, quot-
quot hujus historiae scripti codices
repperiuntur, suisce exemplatos, ut
ita loquar cum Valerio. *verus quoque*
editio, quam curavit Bonus Accur-
sius Pisanius, quæque vicem nobis
manuscripti fuit, plane compar &
consimilis extat in his fragmentis
componendis libro Pal. illaigitur ha-
bet, *Strangy*, nec præterea quid-
quam.

CASAUBONUS.

*2 Ägyptus enim data Ämiliano per
Transibætanos milites.] Scripta lectio,
Transibætinos milites. videntur in-
telligi milites qui in utroque limi-
te cis & ultra Thebaidem prætende-
bant. libro sequente in historia hu-
jus tyranni Thebaidis fit mentio, &
rerum in eo tractu gestarum ab Ä-
miliano contra barbatos. potest igi-
tur legi, per Transibætanos & Cis-
ibætanos milites. nisi aliquod hic mon-
strum dictationis later.*

GRUTERUS.

*3. Translitterabantos milites, cum Gallie-
nus in luxuria.] Et heic quoque muri-
lus est Palat. sic tamen ut videatur
arguere falsi scripturam vulgo rece-
ptam. habet enim cum grandibus in-
terstitiis vacuis, *Translitterantos*
. . . milites ritum est ribus
*cum Gallienis in luxuria.**

neque aliter Rempublicam regeret quam¹ quum pueri fingunt² per ludibria potestates,³ Galli quibus insitum est esse leves ac degenerantes à civitate Romana, & luxuriosos principes ferre non posse, POSTHOMIUM, ad imperium vocarunt: exercitibusque consentientibus,⁴ qui occupatum imperatorem⁵ libidinibus sentiebant querebanturque.⁶ Contra hunc Theodotus

exer-

CASAUBONUS.

¹ Cum pueri fingunt per ludibria potestates.] Scribendum, *ludicra*, vide initio Severi.

GRUTERUS.

² Per ludibria partes.] Ita quoque Pal.

³ Galli quibus insitum est esse leves ac degenerantes à civitate, &c.] Sic quidem editi. at in Pal. restat; qd, leves ac degenerantes, quo ipso laudarentur magis Galli, quam vituperarentur.

⁵ Libidinibus sentiebant, querebanturque.] Pal. libidinibus querebantur, fine illo sentiebant.

SALMASIUS.

³ Galli quibus insitum est esse leves ac degenerantes à virtute Romana principes ferre non posse.] Et laudat heic & vituperat una oratione Gallos. virtum enim est, esse levem. at virtus est ferre non posse degenerantes à virtute Romana principes. Gallos quidem meos levitatis vitio non libero, sed eos hoc facto quod heic narratur genitivæ illi levitati videri obnoxios nego. quin, si audiamus veterem librum, erit ita legendum: *Galli, quibus insitum est, leves ac degenerantes à virtute Romana principes, & luxuriosos ferre non posse, Posthomium ad imperium vocarunt.* leves igitur & futilis principes & luxuriosos & degeneres Galli non ferebant. hinc Gallienum non tulerunt. nisi quis dicat præter levitatem Gallis insitam, ea etiam causa motos & impulsos ad alium eligendum principem, Gallieniloco, quod luxuriosum & degenerantem à virtute Romana ferre non

possent. ego quam in membranis reperi lectionem, tacitam præterire non potui. confirmant eam quæ leguntur infra de Gallorum severitate in epistola Valeriani: *Trans benani militis ducem & Gallie præsidem Posthomum fecimus virum dignissimum severitate Gallorum.* sed & supra retridas Gallorum mentes esse dixit Capitolinus. cum igitur severi ac retrordi essent Galli, non poterant ferre leves & luxuriosos, & degenerantes à virtute Romana imperatores.

⁴ Qui occupatum imperatorem libidinibus sentiebant, querebanturque.] Concinnius, & meo iudicio melius Pal. qui occupatum imperatorem libidinibus querebantur.

⁶ Contra hunc Theodotus exercitum duxit.] Tota hæc narratio non immrito suspecta visa est eruditissimo Casaubono, qui si scivisset eam proculsam productamque esse correctorum malleo, minus prosectorum miratus esset, nihil ea boni contineri. commenti sunt igitur hanc lectionem ex illis depravatis & truncatis antiquæ scripturæ vestigiis. quam feliciter, licet videre. sic enim Palatinus: *P. contra hunc . . . exercitum . . . que ubi . . . Postamus . . . recepit . . . dentibus Gallis Gallionus muros circumiens sagitta illus est. in quibus reliquiis nullum videre est Theodotum, nusquam decernentes Gallos.* unde igitur illum Theodotum expiscati sunt? paret enim ex hoc loco Gallienum illi obsidione interfuisse, & exercitum non Theodoto, quisquis ille est, commisisse ducendum, sed

exercitum duxit.¹ Quumque urbem, in qua erat Posthumius, obsidere coepisset,² decernentibus Gallis Gallienus muros circumiens sagitta ictus est. Nam & per annos VII. Posthumius imperavit, & Gallias ab omnibus circumfluentibus Barbaris validissime vindicavit. His coactus malis Gallienus pacem cum Aureolo facit oppugnandi Posthumii studio, longoque bello tracto per diversas obsidiones ac prælia,³ rem modo feliciter, modo infeliciter gessit. Accesserat præterea

his

sed ipsum duxisse. quod etiam ex Postumi vita magis liquet. ergo illa fragmenta sic posse restituvi puto:
contra hunc ipse Gallienus exercitum duxit: cumque urbem in qua erat Posthumus obsidere coepisse, accivit eam defendentibus Gallis, Gallienus muros circumiens sagitta ictus est. si minus verba ipsa sumus assenti, aut plura desunt quam quæ possumus, historiæ tamen fidem sequuti, sensum & mentem auctoris videmus minimo minus expressisse.

CASAUBONUS.

¹ Cumque urbem in qua erat Posthumius obsidere coepisset.] Zosimus aliter: cum tendenti in Italiam Posthumio Aureolum objecisset, eique Insulum fines commisisset defendendos; Aureolum Mediolani imperium cepisse: adversus quem cum accurisset Gallienus, ipsumque in ea urbe obsecrum premeret, dolo Heracliani & Claudii esse occisum. quare ut ejus quidem narratio est, nullum à Gallieno in Galliis bellum cum Posthumio gestum. Zosimo consentit uterque Victor.

² Decernentibus Gallis Gallienus muros circumiens sagitta ictus est.] Libro sequente in Posthumio: Gestum est tamen à Galliano contra hunc bellum tunc, cum sagitta Gallienus est vulneratus. sed quid est, decernentibus Gallis? imo quæ hæc narratio? bellum dicitur gestum à Theodo: contra hunc Theodosius exercitum daxit: & tamen præsentem fuisse in procinctu Galliensem hæc verba

ostendunt. Hæc absurdâ impellunt me, ut aliam ex ipsis verbis sententiam putem eliciendam, quod sola interpunctione mutata ita commode fieri. Scribo igitur: *Contra hunc Theodosius exercitum duxit: cumque urbem in qua erat, Posthumus obsidere coepisset decernentibus Gallis, Gallienus muros circumiens sagitta ictus est.* rem ita gestam, auctor significare, nisi fallor, voluit. missus fuerat à Gallieno contra Posthumium Theodosius cum exercitu: sed occurrit Posthumius, & fugatis Theodoti copiis, ipsum in urbem aliquam Gallia coegerit. ubi cum decreto populorum Galliarum, qui illum imperatorem sibi adsciverant, obsideretur à Posthumio, Gallienus, ut obsidione illam urbem solveret, propius ad eam accessit. tum igitur accidit, ut sive à suis qui obsidebantur, sive ab hostibus qui Theodorum in ea urbe obsidebant, sagitta vulneraretur Gallienus. quem tamen viciisse tandem isto bello, paullo post dicturus est auctor. Paullo aliter refert hanc historiam Zonaras: quem, Lector, vide, & filubet, ex eo potius de hoc loco statue.

SALMASIUS.

³ Rem modo feliciter, modo infeliciter gessit.] Libri, gerit. & ita legi postulat verbum, facit, superiore versu positum: pacem cum Aureolo facit, oppugnandi Postumi studio, longoque bello tracto, per diversas obsidiones ac prælia, rem modo feliciter, modo infeliciter gerit.

N 2

I Deni-

his malis quod Scythæ Bithyniam invaserant, civitatesque deleverant. Denique Astacum, quæ postea
Nico-

CASAUBONUS.

I Deniq; Astacum quæ postea Nicomedia dicta est.] Non post ista quidem, nam multis seculis ante hæc tempora facta erat hæc nominis mutatio. postea agitur accipe, pro posteriore & recentiore nomine quam illud prius Astacus. De occupata à Scythis Nicomedia legge Zosimum.

GRUTERUS.

I Denique Astacum, quæ postea Nicomedia, &c.] Pal. Denique Contum, quæ Nicomedia.

SALMASIUS.

I Denique Astacum quæ postea Nicomedia dicta est.] Juxta cum monstrum miranda Palatini hujus urbis scriptura, denique Contum quæ postea Nicomedia dicta est. quam tamquam certum est & bonum Accursium in suo libro deprehendisse. Corinthum enim in editione sua edi curavit. unde enim Corinthum eum putamus accepisse, nisi Contum legit in suo codice: de Contotamen urbe nihil novi, nihil didici. itaque, nisi mendum esse aliud nihil scio, idque etiam non satis scio. Astacum tamen urbem Bithyniæ, Nicomediam postea dictam fere consentiunt Latini scriptores. Ammianus Marcellinus: *O* Astacum si quanto tempore Nicomediam à rige cognominatam. recte igitur Astacum hoc loco pro Contum reposuerunt, qui qui primi hoc fecere. sed Astacum Græci diversam faciunt à Nicomedia. Stephanus *εθνῶν* duas Astacos agnoscit, alteram Acarnaniæ vel Cephallenii secundum quosdam urbem: alteram Bithyniæ, ab Astaco Neptuni filio & nymphæ Olbia sic appellatam. duas quoque Astacos cognomines habet Strabo, quarum alteram in Acarnania, alteram in Bithynia collocat. sed illam ipsam, quam in Bithynia ponit, à Nicomedia ejusdem Bithyniæ urbe

distinguit. lib. x. n̄ πόλις Αστάκης ὁ πατέρων τῆς αἰδί Νικομήδειαν τῇ Αστάκην πόλιν εἶναι λεγόμενην. vides Αστάκην τούτην Νικομήδειαν, Astacum illam Bithyniæ ab eo vocati. non igitur eadem urbs Astacus & Nicomedia. sed clarius idem lib. xii. postquam Nicomediam nominavit, & sitam esse in sinu Astaceno dixit, sic paulo post scribit: *λίβης τοῦ αὐτοῦ τοῦ καταπάνω Αστάκης Μεγαρέων πόλις*. Idem eodem loco tradit Nicomediam à Nicomedè rege Bithyniæ conditam, Astacum autem everfam à Lysimacho. sub idem igitur pâne tempus contigit, ut Astacus everteretur, & conderetur Nicomedia. nam Lysimachus ille à quo eversa est Astacus, contemporaneus fuit Zypœtæ Nicomedis patris à quo Nicomedia condita est. hunc Zypœten tradit Memnon cum Lysimacho bellum gessisse, variisque eum præliis contudisse. eodem igitur fere tempore & incepit esse Nicomedia & esse desit Astacus. scribit enim Strabo incolas Astaci quam delevit Lysimachus, Nicomediam traductos fuisse, ab ejus conditore Nicomedè. lib. xii. de Astaco. *ηγετοναῖς δὲ ταῦτα Λυσιμάχους. τοὺς δὲ οἰκιστούς μεταβαθμοῖς οἱ εἰς Νικομήδειαν οὐλίοις αὐτοῖς*. atque hinc fidem arbitror, ut quidam auctores scriperint Nicomediam prius dictam fuisse Astacum: quorum opinionem illud videtur etiam adjuuisse, quod non longe ab eo loco ubi erat Astacus sita, condendam curavit Nicomediam Nicomedes. Strabo Αστάκη Νικομήδειαν collocat. Memnon Nicomediam conditam fuisse scribit *αὐτοὶ τῷ Αστάκῃ. Νικομήδης οἵ εἰς λαμπρὰν Κλασσικὰς δόξας πόλιν εἴσατο οὐανούμενοι αἰρετοὶ αἰγαλεῖς Αστάκης*. fallitur vir magnus qui ad Eusebium notat has urbes adeo vicinas fuisse, ut amplitudo Nicomedie of- fece.

Nicomedia dicta est, incensam graviter vastaverunt. Denique quasi conjuratione totius mundi, concussis orbis partibus, etiam in Sicilia quasi quoddam servile bellum extitit, latronibus evagantibus, qui vix oppressi sunt. Et hæc omnia Gallieni contemptu siebant. ⁵ Neque enim quicquam est ad audaciam malis, ad spem bonorum bonis promptius, quam quum vel malus timetur, vel dissolutus contemnitur imperator. Gallieno & Faustino coss. ² inter tot bellicas clades etiam terræmotus gravissimus fuit, & tenebræ per multos dies. ³ Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Jove tonante. ⁴ Quo motu multæ fabricæ devoratae sunt cum habitatoribus: multi terrore mortui. quod quidem malum tristius in Asiae urbibus fuit. Mota est & Roma, mota & Libya: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt, quum aqua salsa in fossis appareret.

fecerit alteri minoris famæ. quomodo enim luminibus Astaci potuit officere Nicomedia, quæ nulla erat cum Astacus adhuc extaret, & ubi nulla jam fuit Astacus, ipsa excitata est, & à Nicomedè condita, non tam in eo ipso loco ubi erat Astacus, sed in vicino? inde est, ut dixi, quod nonnulli scriptores Nicomediam à Nicomedè cognominatam esse tradiderunt, quæ ante vocabatur Astacus. Pausanias: ἀπὸ τούτου (Nicomodem intelligit) οὐ τῇ μεγίστῃ τῇ Βαριά πόλεων μετεβάλθη τὸ οὐρανόν Αστακῷ τῷ τούτῳ πελευθρῷ. sed de his alibi pluribus ad Stephani ēθnogr.

¹ Gallieno & Faustino Coss.] Et Faustino, P. Φαυστίνον vocant fasti Siculi.

² Inter tot bellicas clades etiam terra motus gravissimus fuit.] Etiam terra motus fuit. ita in prima editione.

⁴ Quo motu multæ fabricæ devoratae sunt cum habitatoribus.] Non assequor quid sibi velit Palatinus unius vocis additione, quam exhibet: quo motu

ipsæ multæ fabricæ devoratae sunt cum habitatoribus. quo enim pertinet illa vox ipsæ? loci nomen fortasse latet sub illa corruptum. neque tam en id videtur. nam generaliter loquitur, cum sequatur, id malum Asia urbæ vehementius adfixisse. Simpliciter igitur intelligimus motum illum terra adeo gravem fuisse, ut ipsæ etiam fabricæ complures cum habitatoribus pessum darentur.

GR V T E R V S.

¹ Gallieno & Faustino.] Pal. Faustino.

⁴ Quo motu multæ fabricæ.] Pal. quo motu ipsæ multæ fabricæ.

CASAUBON U S.

³ Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Jove tonante.] Caussam βεβίκη habes in sectione xxv. problematum. & de terra motu mycenatia prater philosophos lege Ammianum libro xvii. frequens prodigium in historia Ro. apud Livium; Suet. & alios.

ret. Maria etiam multas urbes occuparunt. Pax igitur deum quæsita, inspectis Sibyllæ libris, factumque Jovi salutari, ut præceptum fuerat, sacrificium. Nam & pestilentia tanta extiterat vel Romæ vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum parimorbo perirent. Sæviente fortuna quum hinc terræmotus, inde hiatus soli ex diversis partibus pestilentia orbem Romanum vastaret, capto Valeriano, ⁴ Gallis parte maxima obsessis, quum bellum Odenatus inferret, ⁵ quum Aureolus perureret Illyricum, quum Æmilianus Ægyptum occupasset: ⁶ GOTTHI & CLODIUS,

SALMASIUS.

¹ Factumque Jovi salutari.] Διὰ οὐρανούς vel στήθους. Glossa: Salutaris, στήθους.

⁵ Quum Aureolus perureret Illyricum.] Illyricum non agnoscunt libri, in quibus ita legitur: quum Aureolus perureret, quum Æmilianus Ægyptum occupasset.

⁶ Gotthi & Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt.] De quo Clodio, aut quando dictum est de hoc Clodio, si quidem eum intelligamus qui postea imperavit? an in aliorum imperatorum viris quas amissimus? nugæ non enim potuit. at si hoc esset, quis tamen dixit illum Clodium selenum cum Gotthis junxisse & Macedoniam vastasse, Thracias occupasse? immo contra & Clodius adversus Gotthos strenue pugnavit, eosque devicit, & profigavit: ut infra dicet Trebellius in ejus vita. apparent igitur maleferiatos homines, qui nomen Clodii in rebus Gotthicis legerant, cum heic lacunam in libris veteribus offendissent, eam Clodii nomine putavisse replendam. sic enim Palatinus: Gotthi...
..... & quod dictum est superius Gotthis inditum est, occupatis Thraciis, legebam aliquando, Gotthi querim Scythæ pars, de quibus dictum est superius. nam paulo superius de Scythis dixit,

qui & Bithyniam invaserunt, & multas civitates deleverunt. at Scythes partem Gotthorum fuisse post paulo idem repetit. sed nunc magis videtur, alio loco & fortasse in iis vitis quæ desiderantur, de Gotthis tractavisse, & unde hoc illis nomen inditum esset, dissenseret. & hoc vult heic dicere, superius sibi de Gotthis dictum esse, & unde illis istud nomen inditum.

CASAUBONUS.

² Jovi salutari.] Sic vertit Διὰ οὐρανούς, sive potius intelligit Jovem iugiter τερπάτος: nam τερπία est salus. & suavis augurium, quod Romæ celebrari solitum, Dionis dicitur Τερπας οὐρανούς.

³ Ex diversis partibus pestilentia.] Melius, & diversis p.

⁴ Gallis parte maxima obsessis.] Partim à Posthumio tyranno, partim ab Alamannis duce Croco. de quo Gregorius Turonenis libro primo.

⁶ Gotthi & Clodius de quo dictum est superius.] In superiorum imperatorum rebus de eo dixerat Trebellius: sed illa hodie desideramus. hic est Claudius qui postea imperium obtinuit, ut mox subjicitur: ubi iterum scribitur Clodius, ut hic. alibi semper Claudius: & Græci quoque Κλαύδιος, non Κλωδίος.

I Neque

DIUS, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt, neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est. Quae omnia contemptu, ut saepius diximus, Gallieni fiebant, hominis luxuriosissimi, & si esset securus, ad omne dedecus paratissimi. Pugnatum est⁶ in Achaia Macriano duce contra eosdem Gotthos. Unde victi per Achaeos, recesserunt. Scythæ autem, hoc est pars Gotthorum, Asiam vastabant. Tunc etiam templum Dianaë Ephesiæ dispoliatum & incensum est: cuius opes fama in populos satis notæ.

Pudet

SALMASIUS.

1 Neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est.] Ostentare visa est, pro ostentavit. quod genus locutionis istis auctoribus non infrequens. aliud quid tamen ostentare videtur optimus liber, apud quem legi: neque usquam quies mediocriter salutem ostentare est. forte: neque usquam spes mediocriter salutis ostensa est. vel, ostentata est. quies sane non salutem ostentat, sed ipsa plane salus est. cum enim à bello quiescitur, nullus à bello periculus potest existere. si quis tamen erit paratus pro vulgata lectione pugnare, non ego paratus meam conjecturam propugnare.

2 Pugnatum est in Achaia Macriano duce.] Una littera minus legit Palatinus, Mariano duce. nos una amplius, sed aliter collocata, quam in edito legimus: Marciano duce. Marcianum nominat Zosimus, cui Gallienus contra Postumum profecturus belli Scythici vel Gotthici summam mandavit: σωλαρχεῖς ἢ ἀρχές τέτοιοι οὐδεγένησι τὸν Ιππόλιτον ὁδὸν εἰχερού τὸν στρατηγὸν. Τοιοὺς Σκύθας πολέμου Μαρκιανὸν οὐδεδόξει αὐτῷ τὴν πολέμου τοῦ θόρακα εἴποντες μέρος.

CASAUBONUS.

2 Pugnatum est in Achaia, Macriano duce contra eosdem Gotthos.] Reete Ma-

riano, si is intelligitur, de quo dictum ante. sed infra dicturi sumus alium suisse temporibus illis inter Gallieni duces, qui contra Barbaros rem gesit feliciter, nomine Martianum. de eo videtur hic sentire Trebellius, & scripsisse, Mariano.

GRUTERVS.

3 Macriano duce contra eosdem Gotthos.] Pal. Mariano.

SALMASIUS.

4 Etiam templum Dianaë Ephesiæ.] Libri veteres omnes: Luna Ephesiæ quod erratum librarii non esse manifesto perspicuum est. Lunam igitur vocavit Diana. Diana enim Luna est. Luna sane templo in Asia & reliquis Orientis partibus multa, quæ & Luni dei dicebantur. nam Luna & Lunus αἰδιαθόρας illis usurpabatur. Græci σελήνην tamen semper vocant, τερψίην σελήνην Straboni. heic vero, ut diximus, Luna, Diana est.

5 Cuius opes fama in populos satis nota.] Ed. Accursii: cuius opus est fama in populos satis nota. ex quo facile fieri possit, cuius opum est fama in populos satis nota. aliud tamen Palatinus ostendit: cuius ope fama in populos pudet perdere inter hac tempora quum ista gererentur. quid si scribamus: cuius opum fama in populos patet. pudet prodere inter hac tempora quum ista gererentur, quæ saepe Gallienus malo generis

¹ Pudet numerare inter hæc tempora quum ista gerentur, quæ saepe Gallienus malo generis humani quasi per jocum dixerit. Nam quum ei nuntiatum esset, Ægyptum descivisse, dixisse fertur, *Quid? sine lino Ægyptio esse non possumus?* Quum autem vastatam Asiam & elementorum concursionibus & Scytharum incursionibus comperisset, *Quid, inquit, sine aphronitris esse non possumus?* Perdita Gallia arrisisse ac dixisse perhibetur, *Non sine Atrebaticis sagis tutam*

Respb.

humani quasi per jocum dixerit. vicinitas enim & similitudo horum verborum patet & pudet fecit ut alterum dissimularetur vel ejiceretur. non improbem tamen si ita legatur: cuius opes fama in populos nostra pudet prodere, &c.

GRVTE RVS.

¹ Pudet numerare inter hæc tempora cum ista gerentur.] Pal. Pudet perdere. forsitan scribendum, Pudet prodere. sed & vox tempora videtur à manu librarii; certe minus est necessaria.

³ Elementorum concursionibus.] Sic Palat.

⁶ Non sine trabeatis sagis tutâ Respub. est?] Palatinus præficit, *Non Atrebaticis sagis tutâ resp. est.* absque illo fine: ut forte scriptum fuerit primitus, *Num Atrebaticis sagis tutâ Respub. ca est?*

CASaubonus.

² Sine lino Ægyptio esse non possumus?] Inter Alexandrinas merces linum erat & opera linea, ut Cedrenus scribit & notissimum est.

³ Elementorum concursionibus.] Membranæ, concusionibus.

⁴ Sine aphronitris esse non possumus?] Quia optimi aphronitri pastillos Lydi Rotnam mittebant, & alii Afîz populi. Plinius libro xxx. capite x.

⁶ Non sine trabeatis sagis tutâ Respb.? Regius, sine Atrebatis s. Puteani, Atrebaticis. nempe pro Atrebaticis. Vopiscus in Carino, Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri Campani.

Hieronymus libro secundo adverius Jovinianum. Tunc pœxa tunica & nigra subucula vestiebaris, folidatus & pallidus, & callosam operæ gesitans manum: nunc sineis & sericis vestibus, & Atrebatum & Laodiceæ indumentis ornatus incedit. sed lectionem vulgatam nolim sollicitare: nam propria Gallorum saga trabeata, quæ Diodoro dicuntur οὐαὶ παῖδες, ut ad Strabonem olim notabamus libro quarto. vide quæ dicturi sumus ad Claudium.

SALMASIUS.

⁵ Perdita Gallia arrisisse ac dixisse perhibetur.] Lege, risisse ac dixisse perhibetur.

⁶ Non sine trabeatis sagis tutâ resp. est?] Quidquid dixerint & heic & alibi de trabeatis sagis viri doctiss. non eripi mibi temere sinam quin sit hujus loci vera lectio, *Atrebaticis sagis.* & primum quidem trabeatorum sagorum nemo est auctor qui meminerit. deinde saga non ex sola Gallia veniebant, sed Hispanis etiam erant sua saga. oportet igitur fuisse genus sagi peculiare quod in sola Gallia texeretur, & ex Gallia in Italiam importaretur. ejusmodi erant Atrebatica saga, quæ apud solos Atrabates fiebant, quorum frequens & celebris apud auctores mentio. Vopiscus in Carino, birros ab Atrebatis petitos memorat. nam ita ibi legendum. Græci vero *Ἄτρεβαλγίς* εἰδῆνας vocant. Suidas: *Ἄτρεβαλγίς.* c. reis cap. 701

Resp. est? Sic denique de omnibus partibus mundi,
quum eas emitteret, quasi detrimentis vilium ministeriorum videretur affici, jocabatur. Ac nequid mali deesset Gallieni temporibus, Byzantiorum civitas clara navalibus bellis, claustrum Ponticum, per ejusdem Gallieni milites ita omnis vastata est ut prorsus nemo superesset. Denique nulla vetus familia apud Byzantios invenitur, nisi quis peregrinatione vel militia occupatus evasit, qui antiquitatem generis nobilitatemque repræsentet. ⁴ Contra Posthumum igitur Gallienus cum ⁵ Aureolo & Cladio duce, qui postea imperium obtinuit, ⁶ principe generis Constantini

Cæsa-

τοῖς καὶ τοῖς ἐπινκλοῖς καὶ παρόπτων στεγεῖσαιντες οὐδένοντες χαῖτας καὶ χλαμύδας ποιεῖσαι, διπλάξουσθε καὶ πορφύρας καὶ αἰλαντοῦ παῖς πολυτελεῖς. Σὺ δὲ τοῖς πρώταις οικοδομοῖς ἐνεργηπελάνεις τὸ γένος μετέχεις, ὃς ἐκάλυψεν Αἰταβαλίας δῶν διαχρηματοῦ. τὸ δὲ μέλαν αἴτεον πολεμεῖσθαι, οὐ δὲ τὴν περιβολὴν τοιωτεῖς εἰσθαις χρῆσθαι. περιβολὴ δὲ λέγεται, οὐ πολυτελεῖς χλαμύδες, eadem verba habet Codinus τοῖς Αἰταβαλίας, sed Αἰταβαλίας perperam ab atro colore dictas putant, vel à trabeis, quod simul cum trabeis gestarentur. ab Atrebatis enim Gallia puluis sunt appellatae. Ενεργηπελάνον autem colorem nigrum faciunt, quem inter coccinum & muricem fuisse scribit vetus Scholia festi Juvenalis ad xerampelinarum vestium mentionem. sed hæc alibi in commentario De re vestiaria.

¹ Quum eas emitteret, quasi detrimentis vilium mancipiorum videretur affici.] Non placet mihi istud emitteret, hoc loco. vetus editio, omittat. nihil magis placet. Palatinus: mitteret. legendum censeo, amitteret. non magis, inquit, afficiebatur, cum eas imperii partes amitteret, quam si servum aliquem de vilioribus amisisset. posset etiam legi: sic denique de omnibus parti-

bus mundi, quum eas amittens quasi detrimentis vilium ministeriorum videretur affici, jocabatur. sed verum est: quum eas amitteret, quasi detrimentis vilium ministeriorum videretur affici. nam illud, quasi videretur affici, positum est pro quasi afficeretur, loquendi genere apud iustos auctores usitato.

³ Nisi quis peregrinatione.] Nisi si aliquis.

⁴ Contra Posthumum.] Contra Posthumum.

⁵ Principe generis Constantini Cæsar is nostri.] Pal. Constantii Cæsar is nostri. recte: nam est Constantii.

CASAUBONUS.

¹ Cum eas emitteret.] Amitteret.

² Ita omnis vastata est, ut prorsus nemo superesset.] In Claudio: Pugnatum præterea est apud Byzantiori: ipsi qui superuerant Byzantinis fortiter facientibus.

⁶ Principe generis Constantini Cæsar is nostri.] Lege Constantii, ut in vita Claudi. idem error infra iterum in hoc libro.

GRUTERUS.

¹ Cum eas emitteret.] Pal. mitteret. melius amitteret.

⁵ Aureolo & Claudio duce.] Sic Pal. non Cludio.

⁶ Principe generis Constantii Cæsar is.] Ita & Pal. non Constantini, ut vulgati.

Cæsar is nostri, ' bellum incepit: & ' quum multis auxiliis Posthumius juvaretur Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino processit, cum quo imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit, ' pluribus præliis eventuum ratione decursis. Erat enim in Gallieno subitæ virtutis audacia: nam aliquando injuriis graviter movebatur. Denique ad vindictam Byzantiorum processit: & quum non putaret recipi se posse muris, receptus ' alio die omnes milites inermes, armatorum corona circundatos, interemit, ' fracto fœdere quod promiserat. Per eadem tempora etiam Scythæ, in Asia Romanorum ducum virtute ac ductu vastati, ad propria recesserunt. Interfectis sane militibus apud Byzantium, Gallienus quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido convolavit: convocatisque patribus, décennia celebravit novo genere ludorum, nova specie pomparum, exquisito genere voluptatum. 8 Jam primum inter togatos patres, & equestrem ordinem, albatos milites, & omni populo præeunte, servis etiam prope omnium, & mulieribus ' cum ' cereis &

SALMASIUS.

1 Bellum incepit.] Idem liber cum veteri editione, bellum incitet. an bellum iniit? ego tamen nihil mutem.

2 Quum multiis auxiliis Posthumius juvaretur Celticis ac Francicis.] Celtis ac Francicis. Ed. v.

GRUTERVS.

1 Bellum incepit, & cum, &c.] Pal. bellum incitet cum, &c. ut videatur scriptum fuisse, bellum iniit, & cum, &c.

3 Pluribus præliis eventuum ratione decursis.] Nihil abit ab hac scriptura Pal. videtur tamen legendum, variatione, aut paratione.

CASaubonus.

3 Pluribus præliis eventuum ratione decursis.] Scribendum eventuum variatione, vel, eventuum variatione de eadem re supra: longoque bello, tracto per diver-

sas obsidiones ac prælia, rem modo felicitus modo infeliciter gessit.

4 Alio die umnes milites inermes, ar. Milites ait, neque aliter libri scripti sic statim, interfectis militibus apud Byzantium, modo tamen dictum est, non milites solum, sed & cives omnes Byzantinos πανδημετουσί occisos.

5 Fracto fœdere quod promiserat.] Pro fidem dare, dixit fœdus promittere. similes ἀνυπολόγιοι amat hic scriptor, ut paullo post, bellum gerere cum aliis pro odiis & vexare.

6 Cum cereis facibus & lampadibus precedentibus.] Suetonius notat rem in Julii Cæsar is triumpho.

SALMASIUS.

7 Cereis facibus, & lampadibus precedentibus.] Optimæ membranæ; lampadis precedentibus. lampadæ dicebantur

facibus & lampadibus præcedentibus Capitolium petuit. ¹ Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves, ² cornibus auro jugatis, & dorsualibus sericis dis-

tur pro lampades. sic Persida pro Persis: Tritonida pro Tritonis. sic Colchida pro Colchis, in Tragoedia Medea quam penes me scriptam in vetustissimis membranis habeo. chorus Colchidarum, hoc est Colchidum. sic Leucada pro Leucas, Elida pro Elis, & similia infinita quæ nos olim ad Florum notabamus.

CASAVBONVS.

² Albi boves cornibus auro jugatis.] Non igitur sejuges isti boves in pompa traducti, sed jugati. juga autem & jugalia lora auro fuerunt obducta, & cum his cornua quibus erant alligata. mos deaurandi cornua boum ma- standorum ex poëtis & historicis no- tatus. Græci quoque Χενονεράτων boum sèpius meminerunt, etiam Josephus libro xiiii. capite xvi. quo loco interpres Hebræus sive brevior qui- dam, sunt enim plures, fusius perse- quitur hunc morem. sed loquendi genus an Latinum sit videamus. nam eam sententiam quam diximus, nun- quam ex his verbis elicias. viderur ergo scribendum, albi boves cornibus au- reis jugatis, sive juncti. vel ita potius, cornibus auro virgatis. sic dictum ut vir- gata sagula. Virgilius auro clare- dixit,

Victori velatum auro vittisque juvencum.
quod tamen non ad cornuum solum
deaurationem refertur, sed etiam ad
dorsuala & alia ornamenta.

GRUTER U.S.

¹ Processerunt etiam altrinsecus.] Pal. præcesserant.

³ Cornibus auro jugatis.] Agnoscit & hanc lectionem Palatinus.

SALMASIUS.

³ Cornibus auro jugatis.] Non sepa- res boves, sed pares & jugatos proces- sisce ex istis verbis adstruunt viri do-

cti. sed vereor ut hanc sententiam queant ista yerba concinnare. De cor- nibus vero victimarum auratis pleni sunt & poëtarum & historicorum libri. idque solum velle indicate hoc loco Trebellium, sum certus. At lo- quendi genus non mirum tantum, sed etiam corruptum visum est summo viro. sane corruptum non puto, summo enim consensu, sine ulla va- rietate ita libri omnes. mirum for- tasse tamen est, cornua auro jugata dici quæ aurata debuerunt. sed similis plane locutio est, quam supra in Ala- gabali vita obseruavimus, Palladium auro vincitum, quod est auratum. sic po- culu auro vincita Pomponio Mela pro deauratis. Græci unica voce, Χενονε- ράτης appellant. ad verbum auro vincita. ita hoc loco auro jugata sunt auro vin- cita, vel aurata. juga autem & jun- gere & vincire prope eadem signifi- cat. nam ζυγα & δέσμαι & ζυγόδε- μοι, usurpantur de eadem re. sic & ζεφαντόδελη quod ebore tectum est & obductum, dixit Euripides. sed & quod nemo haec tenus animadvertis, auro cludere Latini dicebant, quod ide- em est, & auro jugare. nam ζυγα, etiam Græcis claudere est. ζυγάτω, κλεῖσθω. Hesychius unde & ζυγωθεροί. auro cludere igitur, & auro jugare & auro vincire sunt ονομάτα. Anastasius, paternam argenteam, chrismalem, au- ro clausam. Trebellius in Divo Clau- dio, uiceos duos auro inclusos argenteos li- brorum sex. id est exauratos, & auro tectos. ita enim Anastasius Bibliothecarius argentea quadam opera, vel vasea quæ deaurata sunt solet appelle- late, auro fusi, vel auro perfusi, au- ro superinducta, vel aureo colore super- inducta, auro vestita. Græci Χε- νονεράτης, Χενονεράτης & Χενονεράτης. idem Anastasius spatam auro ligatam di- xit, quam Græci Χενονεράτης vocarent.

in Be-

coloribus præfulgentes. Agnæ candentes ab utraque parte cc. præcesserunt, & x. elephanti, qui tunc erant Romæ, mille cc. gladiatores pompaliter ornati, cum auratis vestibus matronarum, mansuetæ feræ diversi generis, cc. ornatu quam maximo affectæ. Carpenta cum mimis & omni genere histrionum: pugiles

saccu-

in Benedicto tertio: spatham cum auro purissimam: itin imagines duis ex auro purissimo. spatham auro ligatam licet interpretari, vel totam deauratam, vel cuius capulus aureus esset, aut deauratus. sic Græci μελάνδροι ξιφοί, quod habet μέλανων λαβήοντας πόντην. gemmas auro inclusas, κευστερίτας iidem Græci vocant. κευστερίτες etiam vase, quæ aurea emblemata habent inclusa τὸν ἐμπαισικὸν τέχνην. sed auro jugata cornua heic simpliciter dicuntur aurata: ut auro vindictum Palladium Lampridio, pro deaurato, & auro vindita pocula Melæ, τὰ μελάνης ωψία. de quibus infra.

Cornibus auro jugatis.] Idem liber: cornuis. hic cornu, & hoc cornu, & hoc cornuum dicebant. cornuis igitur à cornuum. ita hic tonirus, & hoc tonitus, & hoc tonitrum proferebant.

1. Gladiatores pompaliter ornati.] Vetus liber pompaliter ornati, pompare dicebant, unde & pomabilis, & pompaliter.

GRATERVS.

2. Pompaliter ornati.] Pal. pomabiliter. & placet.

CASAUBONUS.

3. Pugiles sacculis non veritate pugnantes.] Reg. flacculis, absurde. Puteani unus, flacculis. nihil melius. non etiam probo quod placitum viris doctis, bacculis, nam verum esse non dubito sacculis. Veri pugiles cestibus pugnabant, & quidem non sine sanguine ut plurimum: quare non facile ex eo certamine nisi auribus contusis redibant: quod sciunt qui non ignorant

quid sit apud scriptores Græcorum αὐτογένεια, & qui dicantur αὐτογένεια & αὐτοθαύμα. B. Chrysostomus homilia sexta ad populum Antiochenum: οἱ πυκτῶν ἐπιτελοῦσι τὸ στόλον ἔξελθειν καὶ ἀπικαλύπτειν ποιῶντες. sed qui in cruento puglato volebant dimicare, saccis non cestibus manus muniebant. erant autem hi sacci vel tomento facti, vel alia re pleni quæ gravem ictum non redderet: pūsā, ficerum granis, vel farina aut furfuribus: interdum & barena sacculos implebant. sed hoc in vero certamine, & cestuum legitimorum vicem. Beatus Chrysostomus homilia xx. in eam ad Hebreos: ἀργὸν τὸν αὐτογενέστερον τὸν αὐτοφορεόντα. εἰκόνας τοὺς αὐλαγότερους θύλακους ἀποτελεῖσθαι γενναῖον; Similiter saccum illum quo utebantur in καρυκεύμασι & καίρησις vocabant, συναντούσεις, id est, fici granis, aut farina implebant, eorum gratia qui mollius exercere volebant: modo barena ut scribit Antyllus apud Oribasium. Ammianus Marcellinus lib. xv. inter cruenta certamina & legibus vetita, pugilum ponit dimications vicissim se concidentium.

SALMASIUS.

3. Pugiles sacculis non veritate pugnantes.] Hanc lectionem retinere & explicare libuit Casaubono, cum tamen meliores ejus libri legerent flacculis. quam lectionem & in nostris quoque offendimus. Utinam tam facile esset veram emendationem extundere, quam in proclivi est vulgata hanc

hanc scripturam, ut contra librorum fidem à correctoribus concinnatam, & falsam retundere. *sacculis* heic legi non potest. *sacculi* sunt quibus exercebantur athletæ, quos Græci καρύκες, & οὐράνες, Latini folles & sacculos appellant. eos enim arena refertos ad hunc usum habebant. inter vasā & instrumenta quæ ad gymnasium faciunt enumerat Pollux, στάχτης, μέρσισπον & στίγμην. idem lib. III. cap. ultimo: τὸ δὲ θύλακον τῶν πονητῶν στάχταν παλέστιν η στίγμην. at heic sermo non est de pugilibus exercentibus, sed pugillantibus, qui tamen non veris armis hoc est cestibus, pugnabant, quod nunquam αρισταῖς fiebat, sed aliis quibusdam mollioribus, & innoxios iecit inferentibus. quemadmodum autem gladiatores qui per lusum depugnabant, lucentium mucronum loco, aut ferulis battuebant, aut hebetibus gladiis & mucronibus plumbis decertabant: sic pugilibus non in veritate pugillantibus sed ludicri gratia, lusoria quædam arma videntur praefto fuisse, quæ ad cestus ἀνδρογοναὶ essent, & eodem modo manibus apparentur, & circumligarentur, ut cestus. ἐπισφαιριστος eos esse ad hanc rem reperio, quibus cestuum vice manus sibi innescabant, cum non vero nec decretorio pugillatu, sed innoxio & ludicro depugnare vellent. quæ ἐπισφαιριστα, manibus & pugnis eorum innexa hoc præstabant, ut mollius plaga caderet, & citra sanguinem conflictus explicaretur. Plutarchus: πολιλαγις ωδησιν μαζι. εἰ δὲ γὰρ εὐτῆς παλαιστρας Διγμαριδίου ἐπισφαιριστος ταῦς χεῖρος ὅπεις εἰσ αἰνεῖσσον η ἀντίτα τενδεις συπίη, μαλακώς ἔχει τὸν τάλανην καὶ ἀλιπόν. de pugilibus hæc verba sunt accipienda. ἐπισφαιριστα Latini pugillos vocabant. optimæ Glossæ: *pugilli*, ἐπισφαιριστα. ἐπισφαιριστα enim ibi scriptum pro ἐπισφαιριστα, more scribendi, & illis temporibus usitato, & auctori Glossarum illarum fami-

liari. sic enim σφαιριστα alibi in illo libro Glossarum, & σφαιριστα & σφαιρειδης scriptum in membranis qua sunt P. Puteani, reperi. eadem Glossæ: *pugilla*, ἐπισφαιριστα. hoc est ἐπισφαιριστα. item: *pugil*, πυγίτης, ἐπισφαιριστα. ἐπισφαιριστα igitur sive pugilli cestibus opponuntur. cestus enim ex crudo corio erant, plumboque, & ferro insuto rigebant. at pugilli, ut videtur sine plumbo, & ferro, ex molli corio facti & in modum pilæ circa manus & pugnos alligati. hinc pugilos Latini, Græci vocant ἐπισφαιριστα. σφαιριστα vocat Pollux, επισφαιριστα δὲ εἰπεὶ πυγίτης χεῖρες ὁπλισμέναι. χεῖρες ὁπλισμένες. εἰ τὸ σφαιρισμένης σφαιρεμαχία τῷ δέ Αἴσθητος εὐ Διονύσω διονύσης sic pilas illas quæ gladiis praefixa sunt, quibus juventus in armorum exercitio depugnant, σφαιριστα Græci vocant & ἐπισφαιριστα. ad quatum etiam pilorum similitudinem videntur hæc fuisse ἐπισφαιριστα, sive pugilla quæ pugilum exercentium nec in veritate pugnantium manibus circumligabantur: quæ multum, ut videtur, distabant ab illis *sacculis* arena plenis, aut follibus quibus item exercebantur. ista enim ἐπισφαιριστα manibus alligata gerebant: at *sacculos* illos follesve mittebant & remittebant, & manibus inter se expellebant. ex his quæ diximus liquidissimum esse potest *sacculus* heic minime convenire, nisi si quis puret eo sensu *sacculus* posse accipi, ut ἐπισφαιριστα illa, vel pugilla denotent, quibus pugiles per ludum depugnabant. quod minime censeo. quid igitur illis *flacculus* faciemus, qui tam pertinaciter inhæserunt omnibus libris sine ulla varietate aut suspicione vitii? non possum dissimulare, quod super hoc verbo mihi nuper in mentem venit. recte ne an secus id accipient lectores, θεῶν εὐ γένεας. flaccum, & flacidum veteres Latini vocarunt quidquid ita molle esset, laxum solutumque ut facile rei cuilibet

¹ sacculis, non veritate pugilantes. ² Cyclopea etiam luf-

bet insistenti, incidentique cederet. hinc & verbum flaccere, & egni flacci dicuntur qui aures flaccidas & dependentes habent: sed & aures flaccae prægrandes sunt & dependulae. hinc etiam, nisi fallor, pilas istas, vel pugillos qui in morem pilæ laxæ & flaccidæ circumponebantur bracchiis pugillantium, ut mollem & innoxiam plagam infligerent, flacculas à Trebellio vocatas arbitror, si pilas intelligamus; aut flacculos si pugillos. flacus idem quod flacidus. hinc & flacculus. ut longus, longulus: russus, russulus, & similia sexenta.

GRUTERUS.

¹ Sacculis non veritate pugilantes.] Pal. flacculis, uti etiam erat in libris quos excusit Puteanus.

² Cyclopea etiam lufserunt omnes apenarii.] Haud aliter quoque exemplar Palatinum.

CASAUBONUS.

² Cyclopea etiam lufserunt omnes apenarii.] Scribe, Cyclopes, sic Græci dicunt Κύκλωπες ὄχηστα. & Latini quoque saltare Cyclopem. quod pantomimorum est. apinarii, vel apennarii, præferunt membranæ, non quod aliquando visum, arenarii. Glossæ Isidori, Acinari, tricari, in parvo morari. scribo, apinari. de hoc genere hominum plura Scaliger ad Mapilium. origo vocis Græca.

SALMASIUS.

² Cyclopea etiam lufserunt omnes apenarii.] Jubent heic scribi Cyclopes eruditissimi viri. ego vero jubeo retineri, Cyclopea. Cyclopea ludere est τὰ κύκλωπι παιζεῖν. varia enim & multiplex, & πολυχρόνις Cyclopis historia in fabularum & saltationum argumentis. ut ἔρας Γαλατείας, Κύκλωπος μέθη, ejusdem τύφλωσις, & cetera. sic circa Semelem, Ηρας δόλος, Σεμίλης κακόφολεξις, Διονύ-

σος αὐτοτέρα γυναι. circa Latonam vero, Δήλις τάλάνη, Λητές αδηνίς, Πύθων οὐκαιρίας, Τιτανίας επίστρατη, & similia, de quibus vide elegantissimum auctorem τοῦ ὀρχήστρας. ut autem Cyclopea heic ludere dixit Trebell. sic Attianus τὰ κύκλωπι παιζεῖν. quod ad verbum est Agamemnonia ludere. libro primo, cap. xxv. παιδία σωματέμεθα παιζεῖν τὰ κύκλωπα Αγαμέμνονος καὶ Αγαμέμνεια. Vopiscus etiam Cyclopea ludere in Carino dixit. Exhibuit οὐκ Ιndum Sarmaticum quod datus nibile est: exhibuit οὐκ Cyclopea. Datanum οὐκ Græcis artificibus οὐκ Gymniciis. ita enim scribendus ex libris locus ille, qui vulgo pessime habet. Lusum autem hunc τὰ Κυκλωπιάν sic expressit Lucianus Dialogo, ψευδολογίῃ. εἰ τὰ παιδία δὲ βασικοί, ἡρωῖνοι εἰστοῦν ἐπεκλήθησαν οἱ Κύκλωψ, ἐπειδὴ ποτε τῷ θεῷ Διονύσῳ παραπλανώμενοι τὸ Θόρον τοῦ πατέρος μάρτυρας ἐπειθύμουσαν. καὶ αὐτὸς μέντοι μετενίσαντο δέ, πιστύσαντο ἔχον τὴν κειμένην Βιντιάνην Πολύφημον, ησαντος δὲ υπόμενος ὁρθὸν ἔχον τὸ μηχάνημα μετάποντος μέρον. ἐπὶ τούτῳ οὐδεὶς οὐδὲποτε οὐκούσων τὸ ὄφθαλμόν.

Cyclopea lufserunt omnes apenarii.] Vit quidam doctus quem non nomino, nuper adnotavit erravisse omnes haec tenus in hac voce exponenda: falli enim eos qui mutant apenarios in apenarios, cum apenarii sint quos Græci vocant απηνάρες. recte deinde fecit, quod & interpretationem illius Græci vocabuli apposuit. nisi hoc fecisset, nunquam profecto divinassem, quinam illi sint απηνάρες, quos ita Græci appellant, aurigas igitur & carrucarios ea voce significari nos docuit, sciebam απηνάρος genus esse vehiculi, vel rhedæ: sed απηνάρος Græcis rhebarium dici, & Latinis apenarium, ita me Deus amet nesciebam: & adeo mea mihi blanditur ignorantia & inicitia,

scitia, ut adhuc nescire velim. non daret hoc alius, certe scio, sed tamen hoc illi demus, *απηνάρις* esse mulocisarios, quis & illud poterit concedere, de his hunc locum esse accipendum? carrucarii & aurigæ lusserunt Cyclopea scilicet, & Cyclopem saltarunt, & miranda quædam in illo genere, stupendaque monstraverunt; sed carrucarios cum suis carrucis miseros faciamus, & cisia, & mulos & asinos. *απεναρι* scriptum in omnibus libris pro *απινarii*. sic *απενασ* pro *απινis* scribebant. ut *patenatis* pro *patinis*: & *Catena* non raro in veteribus libris, pro *Catina* urbe legitur. sic *legulam* pro *ligulam* sæpe libri exhibent. *απινarii* autem sunt *scurrae*, vel *ludii* qui moribus & gestibus fabulas & historias defalabant in scena, & varia miraque in illo genere ostendebant, ut hi *απινarii* qui Cyclopea luserunt, & totam illam Cyclopis fabulam exprefserunt. ab *απinis* dicti. *αpinas* optimæ Glossæ interpretantur *αμαλόγια*. *αμαλόγια*. ita enim scribendum. nam *αμαλόγια*, argutiae, ineptiæ & garrulitates, & id genus alia facetia leporesque. unde & *αμαλόγοι* garrulus, qui omnia simul effundit & effutit, nec finem facit gariendi blatterandique, ut *scurra* solent & vernaculi. eadem Glossæ: *Garrulus*, *φλύαρος*, *βατόλαθος*, *αμαλόθος*. dicti sunt ab *αμαλο* & *λέγειν*, quod *αμαλός* verba effutant, & confessim sermones cedant. id enim *αμαλο* significat. Grammatici: *αμαλο* επίρρημα συντάχθεως ή αδεργίας παρετοθέμενο το συνεχέως ή πυκνώς. τὸ γό πυκνό ή ἐπαλληλον ἀμαλογήνει τὸ εἰ τὸ αὐτόν παρέρ. ex quibus patet quare *αμαλόγι* dicti. *αpinas* eadem Glossa *στίνας* etiam exponunt. *Απινα*, *στίνα*. perperam hodie *φάννα* scriptum est. inde *sanniones* & *sanni* qui ridiculis moribus quidvis imitantur & ostendunt. *στίνος* *μωρός* vel *μωρόλογος*. Cratino. Eustathius, *τζάνες* ab idiotis & vulgaribus appellatos scribit qui veteribus *στίνα* &

στίνας. Odyss. ξ. 876 γό η ὁ τοῦ τοῦ Κρατίνου στίνας. αὐτὸς μὴ τοῦ θεοῦ αὐτῆς δηλοῖ, αὐταὶ τὰ μωρόν, οὐ λοις η καὶ γλώσσα τζάνας καλεῖ. nec dubium est inde suos *απεναρι* Italos accepisse. *sanniones* igitur & *sanni* & *απινarii* idem erant, qui ridiculis qua dictis qua gestibus in scena risum movebant. fabulones etiam vocabant istiusmodi ridicularios homines. Macrobius lib. 11. haec nobis sit litterata laetitia & doctricavillatio vicem planipedis & fabulonis impudica & prætexta verba jacientis, ad pudorem ac modestiam versus imitata. apud Macrobius *fabulonis* legitur vitiosissime, quos à nescio quo fabulo instrumento, ut ajunt musico dictos interpretantur doctissimi viri, quibus hac in parte non assentior. nam *fabulones* vera ibi lectio, qua scenicos & Atellanos & istiusmodi *απinarios* designat. Varro:

Et orthophallica attulit psalteria,

Quibus sonant in Gracia dilectis,

Qui fabularum collocant exordia:

Ut comici, cinadici, scenatici.

inde igitur *fabulones* à *fabulis*. Glossæ Isidori: *fabulo*, *fabulas* componens. *fabulones*, *fabularum* inventores. s& fliteræ in veteribus libris quam sæpe invicem commutentur nemo ignorat, nisi qui nihil unquam veterum librorum versavit. *απinæ* igitur sunt *nugæ*, vel *ridicula* & *nugatoria* dicta. Græci *αφάνες* dicunt. *αφάνα*, *αpinæ*. nam φ in p Lat. mutant, ut *πορφύρα*, *purpura*: & a in iut *ναζίνη*, *Catina*: *λεπιστή*, *lepista*. *παζίνη*, *patina*. Suidas: *σκινδαῖς*, *αφάνα*. nam *σκινδαῖς* pro re nihili, & *nugatoria* Græci dicunt. hinc *αφανίζειν* pro deridere. Glossæ: *appellat*, *ἐπικαλεῖ*), *ἐπισκόπει*, *αφανίζει*. quod supra explicavimus, ubi & locum illum Glossarum, cuius paucio ante meminimus, sic corrigebamus: *αpinæ*, *αφάνα*, *αφανίζει*. & fortasse ita melius legatur quam *στίνα*, ut supra voluimus. atque inde *απinarii* vel *απενarii*, sunt *μωρόλογοι*, & qui ridicularia quacunque occasione funditant,

ditant, qui que non solum dictis & salibus, sed etiam motibus corporis, & gestibus sunt ridiculi. nam apenarii isti qui Cyclopea luserunt, totum illud argumentum historiae vel fabula Cyclopicæ, non solum facetiis, ac dictis scurilibus, sed gestibus præcipue κακοῖς peregerunt. unde miranda quædam & stupenda eos monstrasse in illo Cyclopeorum lusu dicit Trebellius. ejusmodi homines, qui facie magis quam facetiis erant ridiculi, qui rictu oris, labiorum ductu, totius vultus distortione, corporisque motione atque gestu ridenda schemata monstrarent, atque aliorum mores & gestus deridiculi gratia imitarentur, Græcis veteribus οὐρανοῖς & οὐριάσσεσ appellati, recentioribus τζαννούσ. Latini sannas, & sanniones eos dixerunt. nam qui Græcis οὐρανούς, Latinis hic sanna. Glossæ: sanna, subsamator. μῶν. Eustathius: ἵπτε δὲ καὶ οὐρανούς οὐρανῷ καὶ αὐτῷ παρῆνται. ὃς ὅτι τὸ θεῖον δηλοῦ ἀπλακεῖται οὐρανούς. οὐρανούς Græci recentiores τζαννούσ vocaverunt & scripserunt. sic Σάννας, populum Scythizæ qui & Σαντζας dicebantur, Τζαννες appellantur. idem Eustath. δέξοι δέ τὸν εἰληφθεγγή λέξεις δέ τὸν Αστρανών Σάνναν. εἰς οἱ ιδιωτες Τζαννες καλλί. sic Σάννας, τζαννούσ dixerunt. Sannam etiam pro irrisione & subfannatione Latini usurparunt. vetus interpres Persii interpretatur, os distortum cum vultu, quod facimus, cum alias devidemus. cinos etiam Latini vocaverunt ejusmodi sannas, vel tortiones oris indecoras & ridiculas. Isidori Glossæ: cinos, tortiones oris indecentes. Glossæ: cinnam, γεννέας Græcum est κινός δέ τὸν Τζαννούσ: ut μῶνες pro μίμησι δέ τὸν Τζαννούσ: & καλυμμένος δέ τὸν Τζαννούσ: ή καλυμμησις. sic κινός est κινητούς. ita etiam δέ τὸν Τζαννούσ δέ τὸν Τζαννούσ: διεν. sic μῶνος δέ τὸν Τζαννούσ: μωκάν, pro μωκητούς. idem autem est μῶνος quod sanna. Glossæ: sanna, μῶνος. & Græci μωκητούς propriæ dicunt, de his qui ore, vultuque distorto & valgis labiis aliquem derident. Hesychius: Αργυρωταῖς χλωραῖς. εἰνι δὲ τὰ κείλη Αργερέφειν Αργυρωτοῖς. idem: Αργυράται. Αργυρωτοῖς ταῖς. labiis ductare, Plauto, εἰτι Αργυρωτοῖς καὶ τὰ κείλη Αργερέφειν λασιν dum ductans eum. Gellius: labiorum ductu irridere. lib. xviii. cap. iv. Tum ille rictu oris labiorumque ductu contemni à se ostendens, & rem de qua queretur, & hominem ipsam qui quereret. labiorum ductu, τὴν τὴν κείλων Αργερέφειν à Græco μῶνος, mocoſum Latini deduxerunt, de hoc genere ridiculi quod sit non salibus & dicacitate, sed vultu & gesticulationibus. Cicero ea voce usus est lib. i. epist. ad Atticum: consul autem ipse parvo animo & præcaute, tantum cavillator, genere illo mocoſo, quod etiam sine dicacitate rideatur, facie magis quam facetiis ridiculus. at importuni & morosi fuere, qui eo loci moroso repulerunt pro mocoſo. sic actionem mimicam, & gesticulatoriam mocoſam veteres oratores appellabant. Quintilianus lib. xi. cap. iii. sub finem: quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuosa & gesticulationibus molestia, & vocis mutationibus resultans. nec initiale ex Græci veteres transtulerunt, quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit, esse hanc actionem mocoſam. actione mocoſa est, ή μωκωδης. at otiosi homines, inotissam ibi pro mocoſam substituerant. ex libro vetere mihi quondam à Jacobo Bongario, τὸν παννόν, τὸν μωκωδητὸν accommodato, ita illum locum emendavimus. sic duo optimi autores in eadem voce à nobis emendati, alter ex libro, alter ex conjectura, & una eademque opera vox vetus Latio redonata est.

GRUTERUS.

¹ Et stupenda monstrarent.] Palatinus hæc accommodat non apenarii, sed ipsi Gallieno, dum exhibet, monstraret.
¹ Vexilla

stupenda monstrarent. Omnes viæ ludis strepituque & plausibus personabant, ipse medius cum picta toga & tunica palmata inter patres (ut diximus) omnibus sacerdotibus prætextatis Capitolium petiit. Hastæ auratæ altrinsecus quingenæ,¹ vexilla centena,² & præter ea quæ collegiorum erant,³ dracones, & signa templorum omniumque legionum ibant. Ibant præterea gentes simulatæ, ut Gotthi, Sarmatæ, Franci, Persæ:⁴ ita ut non minus quam ducenti singulis globis ducerentur. Hac pompa homo ineptus eludere se cre-⁹ didit populum Romanum: sed, ut sunt Romanorum facetiæ,⁵ aliis Posthumio favebat, aliis Regilliano, aliis Aureolo, aliis Æmiliano, aliis Saturnino. nam & ipse jam imperare dicebatur. Inter hæc ingens querela de patre:⁶ quem inultum filius relinquere, & quem externi utcunque vindicaverant. Nec tamen Gallienus ad talia movebatur,⁷ obstupefacto voluptatibus corde: sed ab iis qui circum eum erant requirebat;⁸ *Et quid habemus in prandio? & quæ voluptates paratæ sunt?*

SALMASIVS.

¹ *Vexilla centena, & præter ea quæ collegiorum erant.]* Tollit oratio μετριον vetus editio, & legit: *vexilla centena, præter ea quæ collegiorum erant.* patet ex hoc loco singulis collegiis sua vexilla fuisse, & signa, de quibus si Deus faverit, plura aliquando dicturi sumus in illo opere.

⁴ *Ita ut non minus quam ducenti singulis globis.]* Ita ut non minus quam duceni. ita vet. ed.

⁶ *Quem inultum filius relinquere.]* Quem inultum filius liquerat. ita Palatinus, & sic legendum arbitror.

GRUTERUS.

² *Et præterea quæ collegiorum erant dracones.]* Abest Palatino illud &, non male.

⁶ *Quem inultum filius liquerat.]* Vul-

gati relinquere. sed nostrum istud me-

Tom. II.

lius, hæretque in Pal.

³ *Ecquid habemus in prandio? ecque voluptates, &c.]* Est à Pal. prius legebatur; Ecquid, item & quæ.

CASAUBONUS.

³ *Dracones.]* Nam & dracones inter Romanæ militæ signa. Vegetius & Aminianus libro xvi. ubi simillime ut hic dracones ad pompam præferuntur. vide locum.

⁵ *Alius Posthumio favebat.]* Accipe ut in illo, dedit oratio populo ad favendum. de quo in vita Aurelianii.

⁷ *Obstupefacto voluptatibus corde.]* Τοις καρδίας τύπῳ τὸν ἡδονῶν αἰσθητή τομόφρον. sive πωποθέτος.

⁹ *Quæ voluptates paratæ sunt?] Quod spectaculi genus voluptates sæpe dicunt & τὰς ludi.*

O

I Qua-

sunt? & qualis cras erit scena? quales circenses? Sic² confecto itinere, celebratisque hecatombis, ad domum regiam rediit: conviviisque & epulis depulsis, alios dies voluptatibus publicis deputabat. Prætereundum non est haud ignobile facetiarum genus. ³ Nam quum rex Persarum, quasi captivorum, per pompam (rem ridiculam) duceretur, ⁴ quidam scurræ miscerunt se Persis, diligentissime scrutantes omnia, atque ⁵ uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes. A quibus quum quereretur ⁶ quidnam agerent illa solertia, illi responderunt, Patrem principis querimus. Quod quum ad Gallienum pervenisset, non pudore, non mœrore, non pietate commotus est, scurrasque jussit vivos exuri. Quod populus ⁷ factum tristius quam quisquam existimaret, tulit: milites vero ita doluerunt ¹⁰ ut non multo post vicem redderent. ⁸ Gallieno & Saturnino coss. Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit totius

SALMASIUS.

¹ Qualis cras erit cœna, quales circenses.] Pusillum mendum, & tamen latuit doctissimos viros. nam erat scribendum: & quæ voluptates paratæ sunt? & qualis cras erit scena? quales circenses? circenses ludi & scenici in Maximi & Balbini simul positi: his gestis celebratisque sacris, datis ludis scenicis, ludisque circensisbus.

² Confecto itinere, celebratisque hecatombis.] Palatinus: hecatombiis. esset ergo Cœsor, proinqatipēn.

⁵ Uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes.] Mirari vel mirare hoc loco sumitur pro considerare & attente contemplari specularique. qua notio ne etiam hodie Galli usurpamus. inde miratorium pro speculo vocamus.

⁷ Factum tristius, quam quisquam existimaret, tulit.] Pal. quam quisquam existimat tulit.

CASAUBONVS.

³ Nam cum Rex Persarum quasi captivorum per pompam r. r. duceretur.] Om-

nino scribendum grec Pers. neque enim ita væsanus fuit Gallienus ut fingeret Persarum regem captivum: certe quidem hoc auctor non dixit, non cogitavit. gregem Persarum appellat, quem paullo ante, globum. Iabant, ait, gentes simulacra, ut Gotbi, Sarmatae, Franci, Persæ: ita ut non minus quan ducenti singulis globis ducerentur.

⁴ Quidam scurræ miscerunt se Persis.] Ita fuit moris in omni pompa, sive triumphorum, sive funerum. habes similium facetiarum exemplum in Suetonii Vespasiano. cap. xix.

⁸ Gallieno & Saturnino Coss.] Hie sextus est Gallieni consulatus in Fastis.

GRUTERUS.

³ Nam cum Rex Persarum.] Nihil certius conjectura Casauboni, grec Persarum.

⁶ Quidnam agerent illa solertia, &c.] Palat. ageret; quod alium induxit sensum, sed minus nervosum.

I Deni

totius Orientis imperium, idcirco præcipue quod se fortibus factis dignum tantæ majestatis infulis declaravit: Gallieno aut nullas, aut luxuriosas, aut ineptas & ridiculas res agente. ¹ Denique Odenatus statim bellum Persis in vindictam Valeriani, quam ejus filius negligebat, indixit. ² Nisibin & Carras statim occupat, tradentibus sese Nibenis atque Carrenis, & increpatibus Gallienum. Nec defuit tamen reverentia Odenati circa Gallienum. Nam captos satrapas insultandi prope gratia & ostentandi sui ad eum misit ³ Qui quum Romam deducti essent, vincente Odenato triumphavit Gallienus, nulla mentione patris facta: ⁴ quem nec inter deos quidem nisi coactus retulit, quum mortuum audisset, sed adhuc viventem: nam de illius morte falso compererat. Odenatus autem ad Ctesiphontem Parthorum multitudinem obsedit: valetisque circum omnibus locis, innumeros homines interemit. Sed quum Satrapæ omnes ex omnibus regionibus illuc defensionis communis gratia convolassent, ⁵ fuerunt longa & varia prælia, longior tamen Romana victoria. Et quum nihil aliud ageret nisi ut Valerianum Odenatus liberaret, instabat quotidie, ⁶ ac locorum difficultatibus in alieno solo imperator optimus laborabat. Dum hæc apud Persas geruntur, ⁷ Scythæ in Cappadociam pervaserunt: ⁸ illic captis civitatibus, ⁹ bello et-

iam

¹ Denique statim bellum.] Vulgati, Denique Odenatus statim, &c. sed nomen illud non erat in Pal. neque requirebat, cum proxime præcessisset.

² Bello etiam vario diu acies ad Bithyniam contul.] Pal. vario diu actos ad B.

CASAUBONI.

³ Quem ne inter deos quidem, nisi coactus retulit.] Consecratum fuisse Vopiscus ostendit, qui in Aureliano diuum appellat.

⁴ Ac locorum difficultatibus i.] Meilius, at loc.

SALMASIUS.

⁵ Nisibim & Carras statim occupat.]

Nitibim scribit Palatinus, & Nitibenos paulo post. quam scripturam supra quoque ex eodem libro observavimus.

⁶ Fuerunt longa & varia prælia, longior tamen Romana victoria.] Parvula distinctione sententiam hujus loci sic elucidamus: fuerunt longa & varia prælia longior, tamen Romana, victoria. longa & varia, hoc est variae fortunæ prælia fuerunt, longiorque fuit & tardior victoria, tamen tandem Romanorum fuit.

⁷ Illis captis civitatibus bello etiam vario diu acies ad Bithyniam contulerunt.]

iam vario diu acies ad Bithyniam contulerunt. Quare milites iterum de novo imperatore faciendo cogitaverunt: quos omnes Gallienus more suo, ¹ quum placare atque in gratiam suam reducere non posset, occidit. Quum tamen sibi milites dignum principem quærent, Gallienus ² apud Athenas ἀρχαί erat, id est summus magistratus, vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat, ³ & sacris omnibus interesse: ⁴ quod neque Adri-

nus

Locus haud dubie corruptus. quæ enim ista acies aut quod genus istud loquutionis? mendum facile videbam, emendationem non vidissem, nisi eam ostendisset Palatinus, ita legens: *Illic captis civitatibus, bello etiam vario diu actos ad Bithyniam contulerunt.* bella sed facilis emendatio: *bello etiam vario diu acto, se ad Bithyniam contulerunt.*

Illic civitatibus captis.] Zosimus negat eos urbes cepisse, cum aliquam multas obsedissent, ut Cassandriam & Thessalonicam, sed re infecta semper discessisse: μοισεῖ δὲ οὐ Σκυθῶν Θεσσαλίαν ή τὴν Εὐαράδα κατηλόσους, τὸς τεωτῆ τοπες ἐληγίζεται, πολεσι μὲν επιένειαι μὲν διωαθένται, τὰς φθίνεις ταύτας τειχῶν τε ηγέτης ἀσφαλείας φρονπός ποιησαθεῖται, τὸς δὲ τοις αρχοῖς δελονομόρρης ἀπίγεια.

¹ Quum placare atque in gratiam suam reducere non posset.] Atq; ad gratiam suam reducere non posset. ita Pal. cum vet. edit.

CASAUBONUS.

² Apud Athenas ἀρχαί erat, id est summus magistratus.] Reg. literis Latinis archon. & post, est enim is summus magistr.

³ Et sacris omnibus interesse.] Μνεῖδαι τῷ Ελεύσιᾳ. de quo ad Hadrianum.

GRUTERUS.

⁴ Archon erat, id est summus.] Sic & Pal.

SALMASIUS.

⁵ Quod neque Hadrianus in summa fe-

licitate neque Antoninus in adulta fecerat pace.] Nimis negligenter & incuriose in hujus loci interpretatione versati sunt docti viri. nam si verba illa, omnibus sacris interesse, τῷ Ελεύσιᾳ μενιδαι interpretabimur, quomodo poterit hæc oratio consistere, quæ negat illis sacris Adrianum & Antoninum initiatos esse? atqui contrarium doceri possumus ex Adriani vita, ubi scriptum est eum exemplo Herculis Philippique sacra Eleusinia suscepisse. de Antonino idem notum est ex ejus vita. quid igitur dicemus? an conciliaturam sic instituemus, ut dicamus Adrianum & Antoninum solis Eleusiniis sacris fuisse initiatos, Gallienum vero omnibus sacris interesse voluisse? ne sic quidem res procedet. itaque aliud reperiamus: & nisi fallor jam reperimus. sic enim puto scribendum: vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat, & omnibus sacris interesse. quod neque Hadrianus nisi in summa felicitate, neque Antoninus nisi in adulta fecerat pace, quam tanto studio Graecarum docti fuerint litterarum, ut raro aliquibus doctissimis magnorum arbitrio cesserint virorum. Arguit Gallienum quod illas vanitates persecutus sit eo tempore quo totus orbis Romanus undique bellis quatiebatur, & præter bellicas clades terra motibus gravissimis, & pestilentia etiam labrabat: neque defendi posse exemplo Hadriani & Antonini imperatorum, quorum ille nonnisi in summa felicitate nugas illas affectarit, hic vero nonnisi adulta pace. Bello Marcomanni

nisi

nus in summa felicitate, neque Antoninus in adulta fecerat pace, ¹ quum tanto studio Græcarum docti fuerint literarum, ut raro aliquibus doctissimis magnorum arbitrio cesserint virorum. Areopagitarum præterea cupiebat ingeri numero, ² contempta prope Republ. ³ Fuit enim Gallienus (quod negari non potest) oratione, poëmate, atque omnibus artibus clarus. ⁴ Hujus est illud epithalamium quod inter centum poëtas præcipuum fuit. ⁵ Nam quum ⁶ fratrum suorum filios conjugaret, & omnes poëtæ Græci Latini que epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, ⁷ quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam di-

cunt,

nico composito, & rebus Orientalibus, ordinatis, Athenis fuit, inquit Spartanus, & initia Cereris adiit, ut se innocentem probaret, & sacrarium solus ingressus est. præterea hoc illis etiam fuisse condonandum propter Græcarum literarum rerumque ingens studium, quo quidem studio ita paucis cesserint, ut vix aliqui doctiores earum literarum illa tempestate sint inventi. videtur sane Gallienus imitacione maxime Hadriani hæc facere insinuisse, qui Athenis archon fuisse narratur, apud Neapolim demarchus. videndus Spartanus in ejus vita.

GRUTERUS.

¹ Cum tanto studio Græcarum docti fuerint litterarum.] Pal. sint litterarum; ut suspicer, illud fuerint & cum adscitiūm, certe si abjiciantur rotundior exerit sententia.

⁶ Fratrum suorum filios conjugaret.] Pal. filios jungere. & que bene.

CASAUBONUS.

² Contempta prope Republ.] An? propria Republ. sed abest prope à regio.

³ Fuit enim Gallienus, q.] Melius. Fuit tamen Gal.

SALMASIUS.

² Contempta prope rep.] Inepta legio, scribe, contempta R. Republ. hoc est,

Romana Rep. vel pop. Ro. Republica. id est populi Romana Republica. maximum enim contemptum præ se ferebat Gallienus qui civis Athenis adscribi affectabat, & in Areopagitarum numero conscribi, quasi hæc essent pluris facienda, quam Romanorum esse imperatorem.

³ Fuit enim Gallienus.] Fuit etiam Gallienus.

⁴ Hujus est illud epithalamium.] Corruptione Palatinus, & editio verus: hujus est illa epistola miono. de qua scriptura nihil aliud docemur, quam scribendum, hujus est illud Epithalamion.

⁵ Nam quum fratrum suorum filios conjugaret.] Vet. ed. jungere.

⁷ Quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, sapius dixisse fertur.] Cur sapius? an non satis fuit semel pronuntiasse? potuit quidem & plures. nec eo nomine hanc lectionem falsi insimulo: sed quod aliter legatur in omnibus libris. Palatinus quidem expressis litteris habet, sceptus. Bonus Accursius qui primus istos auctores in publicum vulgavit, edendum curavit, sceptus. quod multæ deinceps editiones retinuerunt. tandem placuit doctis viris id mutare in sapius. quod nunc omnes editiones occupat. Ego vero redicendum cen-

cunt, ¹sæpius ita dixisse fertur:

²Ite, ait, ô pueri, pariter sudate medullis

Omnibus inter vos; ³non murmura vestra columba,

Br.

CASAUBONUS.

¹Sæpius ita dixisse fertur.] Erat scriptum *septus*: nullo sensu: membrana *sæpius*. recte. & ita olim ex conjectura Le^tius meus emendabat *septus*.

²Ite, ait, ô pueri, pariter sudate medullis Omnidibus inter vos.] Arctam conjunctionem atque adeo ipsum οὐωσιασμόν voce sudate significat. Zeno Veronensis, De pudicitia, loquens de adulteris: qui turpibus jam non contumaciam, aliquotiens, prob nefas, sub iussi obtutibus matronarum vasa congesione defundant.

SALMASIUS.

²Ite ait ô pueri.] Allocutiones sponsales dicebantur hujuscemodi epithalamia quibus sponsos ipsos alloquebatur auctor. tale est hoc loco istud Gallieni, & quod in vetustissimo codice epigrammatum nondum editorum nuper reperi, Abi cujusdam sub titulo sponsalis adloquitionis, ad hunc modum:

AETI ALLOCVTIO SPONSALIS.
Linea constricta de peccore vincula solve,
Et domino te credere tuo: nec candida-
das

In quibus ora vide, vel ne contacta rep-
gnes.

Est in nocte timor, non est in nocte peri-
clum.

Nec volo contendas: vinces cum vicerit
ille.

sed sponsam tantum alloquitur hic
Avitus, Gallienus sponsum & spon-
sam.

CASAUBONUS.

³Non murmura vestra columba, Brachia non bederæ, non vincant oculæ con-
chæ.] B. Ambrosius Institutione virginis: Non pineæ velamen ejus, non vin-
cant cupressi: pudicitiam ejus non turturæ,
simplicitatem ejus non vincant columba.
Non dubito virum sanctum & facun-
dum imitatum esse hunc Gallieni
locum.

seo ad caput, unde illæ omnes cor-
rectiones manarunt. *septus* scriptum
in optimo Palatino, pro exceptus. sic
scanduit in optimis Ciceronis Epistolarum
familiarium exemplaribus
scriptum olim noravit eruditissimus
Victorius. quod est pro excanduit. sic
firpare pro exsirpare apud Prudentium
in vetustissimo libro reperi. ita
etiam sculcatores. pro exculcatores, & in-
finita ejusmodi. ad quod exemplum
etiam hodie pleraque verba facta in
idiotismo suo retinent Itali. erit igitur
hoc loco sic distinguendum: nam
quam fratrum suorum filios conjugaret, &
omnes poëta Græci Latinique Epithalamia
dixissent, idque per dies plurimos, quam
ille manus sponsorum teneret, ut quidam
dicant exceptus, ita dixisse fertur. exceptus
autem, est convivio nuptiali exceptus.
ingenium enim Gallieni ex eo
vult ostendi Trebellius, quod cum
per plurimos dies Græci Latinique
poëta certatim magno labore mag-
noque conatu epithalamia compone-
rent, ipse Gallienus sponsorum ma-
nus tenens, vel ut alii dicunt, convi-
vio exceptus, vel quem exciperetur,
ita ex tempore dixisse fertur. quod
ejus Epithalamium non plus tribus
versibus textum, & ex tempore pro-
nuntiatum inter centum alia Epithala-
mia operose laborioseque compo-
sita præcipuum fuit, & palmarum obti-
nuit. ut *septus* autem pro exceptus, sic
sceptoria pro exceptoria. Isidorus: excep-
toria, cisternæ. idem alio loco: *sce-
ptoria, cisternæ*. sic sparsum volum pro ex-
pansum infra notabimus. inde est etiam
quod samitum dixerit, qui dici debet
examius. Græcis εξαιρετο.

GRUTERUS.

¹Sæpius ita dixisse fertur.] Est à mss.
aliorum, quibus accedit etiam Palatini-
nus: nam ubi visitur, *septus*, vulgati
septus.

Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.

¹ Longum est ejus versus oratione que connectere, quibus suo tempore tam inter poëtas quam inter rhe- tores emicuit. Sed aliud in imperatore quæritur, aliud in oratore vel poëta flagitatur. Laudatur sane ejus ¹² optimum factum. ³ Nam consulo Valeriani fratri sui & Lucilli propinqui, ubi comperit ab Odenato Persas vastatos, redactam Nisibin & Carras in potestatem Rom. omnem Mesopotamiam nostram, denique Ctesiphontem esse per ventum, fugisse regem, captos satrapas, plurimos Persarum occisos: Odenatum, participato imperio Augustum vocavit, ejusq; monetam qua Persas captos traheret, cudi jussit: quod & senatus & urbs, & omnis ætas gratanter accepit. Fuit præterea idem ingeniosissimus, ⁴ cuius ostendentia acumen pauca libet ponere. Nam quum taurum ingentem in arenam

misiſ-

locum, & à sensu minus honesto ad honestum ac pium traduxisse, nam in magna fama apud eruditos fuisse id carmen declarat abunde Pollio; qui serice historiæ hos versus inserat.

¹ Non vincant oscula conchæ.] Aristophanes Vespis, ὥστε λεπτοίς τεργο-χειροῖς τελεῖον. lopades saxis adhærent: conchæ dithyri ipsæ sibi. unde proverbium, κῆρχω δε λέπν.

³ Nam consulo Valeriani fratri sui & L. Scrib. consilio.

SALMASIUS.

² Longum est ejus versus oratione que connectere.] Connectere, id est perscribere, referre. Capitolinus: quare tres Gordianos hoc libro connexui, consulens & meo labore & lectiani tue. Vopiscus in Floriano: longum est omnes epistolas connectere, quis vidi, quis legi. perscribere dixit Trebellius in Claudio: longum est tam multa quam meruit vir ille perscribere.

³ Nam consulo Valeriani fratri sui & Lucilli propinqui.] Optimus liber cum prima editione: consulta Valeriani fra-

tria sui. consulta pro consuptione. ut missa pro missione. remissa peccatorum Cypriano, est remissio. instituta pro institutione Ammiano Marcellino. ulta pro ultione Ovidio, ut supra notavimus. consulta autem & consilio, est συμβολή vel γνώμη. Glossæ: consultit & consultat, συμβολεῖ. sic declamata pro declamatione.

⁴ Cuius ostendentia acumen pauca libet ponere.] Idem libri: cuius ostendentia cum his scilicet pauca libet ponere. forte scribendum, cuius ostendentia acuminis, scilicet, pauca libet ponere. ostendentia acuminis, ut fugitans litium, & retinens antiquæ libertatis, Ciceroni pro Plancio. sed magis etiam probem deleri illud, scilicet: cuius ostendentia acuminis pauca libet ponere.

GRVTERVS.

³ Nam consulo Valeriani, &c.] Pal. consulta.

⁴ Cuius ostendentia acumen pauca libet ponere.] Pal. cuius ostendentia cum in his scilicet paucalib.

misisset, exissetque ad eum ferendum venator,
neque

CASAUBONUS.

1 Exissetque ad eum ferendum venator.] Scripti, vector, sed rectum est venator. nisi malis confector. nam conficere & confector propria in hac re sunt vocabula.

GRUTERUS.

2 Ad eum ferendum venator.] Palat. vector.

SALMASIUS.

1 Exissetque ad eum ferendum venator.] Scripti libri quibus usus est Caſaubonus, item illi quibus sum usus, vector heic magna constantia legunt. nec temere esse puto quod ita sine varietate in libris illa lectio servata est. vector igitur hoc loco idem significare debet, quod venator. & res ita se habet. vector est bene valere & valentem esse. hinc vector homo valens, & robustus: & vector pro labore & vi- gore. in lexico Latinoarabico: vigore, vectio, hoc enim ex eo citat Scaliger ad Manilius. & hujus locutionis hæc ratio est, quod qui sese vehe- re pedibus suis & ferrre potest, is in- telligitur bene valere: ut contra ma- la esse valetudine qui sese ferre non potest. Ovidius:

— me mibi ferre grave est.
cum de se, ut agroto & male fano lo- queretur. Alianus de Diogene agro- tante & moribundo: Διογένης δὲ Σι- ρανδός ὅτε λοιπὸν εὐόρκητο ταῦτα, ζωτὸν φέρων μάλιστα, ἐφέψεται τὸν γεφυρίαν τοῖς γυμνασίοις ὄντος. ut autem valentem Latini & eum qui bona valetudine est, & eum quo- que, qui magnis præditus est viribus appellant: sic Græci γύρενδρον robustum hominem vocant. Stephanus in Mängi: Mängi j̄ ēsū ēd' n̄ mu- bōlētā, n̄ dātā t̄ γεράταν τ̄s γύρε- volētās n̄d' H̄ egnātēs n̄d' lūlubētās. ibi t̄ γεράταν γύρενδρο, sunt gi- gantum fortissimi & robustissimi. sed dices, quid hoc ad venatorem, si γύρενδρος valentem & robustum signi-

ficat, & vector pro robusto itidem su- mitur & bene valente? expecta, jam illic ero. sicut enim Ἀρχόλης no- men, quod audacem signat, & late- fane patet de omnibus, in quibus au- dacia potest consistere; Graci tamen illi hominum generi proprie attri- buerunt, qui ad bestias depugnandas & conficiendas operam locarent. Ἀρχόλης enim & parabolano ne- mo dictos fuisse ignorat, quos aliter confectores appellarunt Latini, atque etiam audaces, ut à viris doctis pridem est observatum. iidem igitur Latini vectorēt evidentur appellasse proprie venatorem, quod opus sit viribus maximis ad hoc opus. unde Dio, ut probaret Antonium Philosophum prospera olim usum fuisse valetudi- ne, scribit eum ex equo aliquando fe- ras confecisse. cuius hæc sunt verba, ἔτε γνώμην αὐχολίας τε εἰσι- σσεις αἰδενίστατη τονικαὶ εχεῖσθαι πι- τονικὴ δύσης ἀπ' δρόμον γενο- μένην, οὗτος οὐτομαχεῖν, οὐδὲ α- γέλες εἰς ἕρπετον καλεῖται διότι πτώμα. vector est δύναται. adeo δύναται fuisse in juventute Marcum, ut ex equo posset feras confodere, & egregius esset venator. quod non minimum erat virium argumentum. sed nihil agimus, nisi ejus vocis quam nunc primum cœlo Latino restituimus, af- fertorem alium quemdam tecum producamus. is erit Aurelius Victor de viris illustribus, aut si quis alius est ejus libelli auctor is in Viriatho Lu- sitano ita scribit: Viriathus genere Iber- tanus ob paupertatem primo mercenarius, deinde aceritate vector, audacia latro, ad postremum dux, bellum adversum Romanos sumpit, libri omes antiqui vector ibi scriptum habent. quod cum mini- me intelligerent homines imperi- ti, vector pro eo legerunt, idque alii postea mutarunt in venator. vectorēt quoque de venatore dixit elegans poëta Manilius libro quarto.

'neque perductum decies potuisset occidere, coronam venatori misit, mussantibusque cunctis quid rei eslet
quod

Ille novas semper pugnas, nova bella fer-
rara.

Apparat, & pecorum spolio vivitque ra-
pitis.

Hoc habet, hoc studium postes ornare su-
perbos

Pellibus, & captas domibus praesigere
pradas,

Epacare meū sylvas, & vivere vector-
ia enim hunc postremum versum
legimus ex veteri scriptura quæ ha-
bet, vivere victor: nam vivere rapto,
quod editum est, ferri non potest,
cum jam proxime dixerit, vivitque ra-
pitis, vectioem pro vigore & robore
dicebant, & vectorem de robusto & be-
ne valente, & qui magnarum esset vi-
tium. hinc vellares, pro bene valere
apud Tertullianum de Pudicitia, cu-
jus locum jam ita olim emendaveram-
mus quomodo postea emendatum
comperi ab illustri viro Josepho Sca-
ligero in notis ad Maniliū: a quib[us]
obseruando recte agetis. vectate vos. ve-
ctate vos. ερπωθε. hinc vector qui bene
valet, & qui se vectat. quo nomine
validum & robustum etiam appellau-
tunt, ut Graci viverov. inde vector vi-
vere dicitur venator Manilio, qui val-
ens & robustus vivit. nam venandi
exercitium & robur & bonam valetu-
dinem conciliat. non tamen mihi
displaceat apud Maniliū vivere vi-
tor, ut præferunt libri. quod alibi plu-
bus adstruam. at vector hoc loco plane
venator est. fuit cum legerem: ex if-
ferique ad eum ferendum auctores. auctores
enim dicebantur qui operam suam
locabant & se auctorabant, ut cum
bestiis pugnarent. Firmicus: faciet
auctores, andates, periculosos. idem ali-
bi: faciet enim laboriosos, homicidas, scel-
leratos, nos facinorū, auctores vel torto-
res. ubi male vir magnus auctores co-
fensi accipit, quo Graci veteres
ταῦτα sumebant pro homicida
vel percussore. auctor Latinis est qui

aliquid vendit, & auctio, venditio.
hinc secundus auctor Latinis, qui spon-
sor est pro venditore evictionis no-
mine. Glossæ veteres βιβαιωτῶ interpretantur, quasi confirmatorem
venditionis. venditor igitur primus
erat auctor. alia Glossæ secundum au-
ctorem vocant, qui Gracis αγορά-
τως. αγοράτως, secundus auctor. ma-
le hodie legitur αγοράτως. αγορά-
τες & αγοράλας eos etiam Graci
nuncupant & interpretantur τύποι τοις
μηνίσκοις η αγοράτες, qui ven-
ditoribus emptores conciliant, & in-
ter emptorem & venditorem quasi
pararii sunt: venditori tamen magis
favent: & ejus gratia emptores addu-
cunt. sic videntur non iidem omnino
esse cum iis quos Lat. vocant secundos
auctores. nam αγοράτου ex vi no-
minis quasi primi sunt auctores. sed
hæc alibi subtilius. auctores Firmico
dicti qui se vendunt & auctorant ad
ludum. nemo enim poterat libertatem
amittere nisi ipse auctor esset fa-
tus. vide Ciceronem in oratione
pro domo sua ad Pontifices. atque in-
de auctorare se dicebant, qui aucto-
res ipsi siebant, ut emerentur, & spon-
te sua in ludum se mittebant. hi igitur
& auctores & auctorati dicti. Glossæ: auctoratus, αὐδαίρεσ εἰς λέ-
δον ἐκποτὸν βαθαν. μηρόμεχθ. idcirco auctores, & audaces jungit
Firmicus. qui dicerentur audaces su-
pra docuimus. sed vector heic non
auctor legimus, consentiente omnium
librorum auctoritate.

CASAUBONUS.

I Neque perductum decies.] Melius.
productum. tamen ita veteres.

GRUTERUS.

I Neque perductum decies, &c.] Sic
quoque Pal.

quod homo ineptissimus coronaretur, ille per curiam dici jussit, *Taurum toties non ferire difficile est.* Idem quum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset

CASAUBONUS.

Taurum toties non ferire difficile est.] Allusum videtur ad proverbium cuius meminit Aristoteles in libello de divinatione per insomnium:

*Ἄντα πολλὰ βάλης, ἄλλοτ' αἴλοιον
(vel ἄλλον ἄν) βάλης.*

SALMASIUS.

Taurum toties non ferire difficile est.] Iaculis igitur vel sagittis feriendum habebat illum taurum venator iste. at alio modo olim taurorum venatio in circo peragebatur: nam equites Thessali juxta tauros per spatiacirci adequitabant, usque eo donec defatigassent, atque ita eos conficiebant cornibus ad terram detrahentes. Suetonius in Claudio: *præterea Thessalos equestres, qui ferociis tauro per spatiacirci agunt, insiluntque desessos, & ad terram cornibus detrahunt.* Dio in Nerone: *εν δὲ τηι θέσι σύρρεις ταύρους δέντες ιππων συμπαραγθέοντες σφίσι, κατέπερ Φοι.* Plinius lib. viii. cap. XLV. *Theſſalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id spectaculum dedit Roma Cæsar dictator.* verba hæc Plinii absque dubio mendosa sunt. nam quid est, rogo te, cornu intorta cervice tauros necare? nos scimus moris fuisse Thessalis illis equitibus in hac taurorum venatione, ut tauris adequitantes, injecto in cornua vinculo, coscernuare, & humi procumbere magna vi cogerent. legendum igitur apud Plinium: *cornu intorto restibus, vel, retibus.* ηλέγει με & ζημεια dixit in eadem re Philippus, qui hanc taurorum venationem Thessalis familiarem ita describit hoc epigrammate nondum edito:

*Θεοσαλινος δίπτωθος ο Ταυρελάτης
κόροις αἰρόμενος*

Χερσὶν ἀταχήτοις θηρσὶν ὁταλίξια
μέρος

Δεινότεροι πάλης ζεύξει σκιρπί-
μαλή ταύρων,
Αὐτοῖς διαλέγειν ταῦροιν ταλίμα
μεταπιδεον.

Αὐτοῖς ταῦρον οὐές γλὺν κλίνεις ἄμα
καὶ δέργην ἄμμα

Θηροῖς τῶι τόσην ἴξεκύλιστε βλαν.

Artemidorus quoque ostendit in Thessalia qui generosissimi essent, & nobilissimi, taurorum venationi operam dedisse. ταῦροις, inquit, ξύ-
περαιρεῖν εν τηι οὐτε παιδες Εὐρεσιν
ἀγαπήσαντο. ηδὲ εν Αἰτικῇ οὐδέ τοις
γενεσιν εν Ελσσην καὶ ερι. Αἴθιαιοι
πελτελομέαν σύνασται, ηδὲ εν Δα-
εισῃ πέλδα Θετταλιας τοῦ σύνοικη-
τον οὐδηνιστεῖ. εν δὲ τηι οὐλῃ οικυ-
μέρη τι αὐτὴ τοις επι ταύροις κα-
ριθεῖστο σύμβαντ. versus est in illis
Artemidori verbis,

Καὶ ερι. Αἴθιαιοι πελτελομέαν ε-
νιστανταί.

qui sumptus videtur ex aliquo poëta,
qui morem illum narrabat.

*2 Quum quidam gemmas vitreas pro
veris vendidisset.]* Vitoiose, ut videtur,
Palatinus, converso ordine ita legit:
quum quidam gemmas veras pro veris
vendidisset. vitrea gemmæ heic oppo-
nuntur veris. vitrea gemma, & vi-
treum idem. quidquid autem ex vi-
tro erat, vitreum vocabant, & gem-
mam vitream. & fallitur hoc loco vir-
doctissimus, qui gemmam vitream non
aliud appellari posse censet, quam
quod ad gemmarum similitudinem
fuerit elaboratum. ecce calculi vi-
tri in latronum lusu dicti sunt &
gemmei Martiali:

Gemmeus iste tibi miles, & hostis erit.
sed & gemmam alibi vocat.
Pedis, dissimulo, gemma vis ludere, simcor-
gem-

didisset ejus uxori, atque illa, reproda, vindicari vellet, surripi quasi ad leonem venditorem jussit.

Dein-

gemma ludere, est gemmeis latronibus, hoc est vitreis ludere. idem pocula vitrea, gemmam appellat:

Nos sumus audacis plebeia toremata vi- tri,

Nostra nec ardent gemma feritur aqua. vitreum igitur est gemma vitrea, vel quidvis ex vitro. apud Tertullianum, vitreum, & verum margaritum opponuntur. in veteri Glossario, capite de gemmis: *lapilli, λιθόςτρα. inaures, οὐράνια. gemma, σφραγίς. vitreum, λάλιον. carbunculus, αἰθέρειον.* alia Glossæ: *βάλανος, vitrum, vitreum.*

³ Gemmas vitreas pro veris vendidisset.] Verae gemmæ sunt, ut vera smaragdi, veri adamantes, vera iaspides. quæ omnia solent à peritis ex vitro simulari, & sic vitreæ gemmæ pro veris obtrudi. veras iaspides dixit Martialis:

Et præium veris fecit iaspidibus.

idem veras smaragdos alibi dixit, & vera Gentiana:

Nec desunt tibi vera Gentiana. perperam hodie Glaniana scriptum est in multis editionibus. at optime optimus Gruterus Gentiana ex veteribus libris asseruit. nemo tamen hodie quæ illa sint Gentiana, intelligit. optimus Pithœus vera Glaniana esse volebat. Gentiana pocula sunt, quæ in castris Gentianis siebant. *castra autem Gentiana, in septima regione ponuntur à P. Victore. Vicus vero Gentianus dicitur Sexto Rufo.* quæ igitur in illo Vico Gentiano siebant, Gentiana dicta. de quibus plura ad Martialem. hæc enim heic præter rem à nobis posita sunt.

CASAUBONUS.

³ Gemmas vitreas pro veris vendidisset.] Verus fraus gemmas imitari, mendacio vitri, ut in xxxviii. loquitur Plinius. ideo Tertullianus vitreum & verum margaritum inter se opponit, capite quarto libri Ad martyras:

Tanti, ait, vitreum: quanti verum margaritum? qu s non libentissime tantum pro vero habeat erogare, quantum alii pro falso? sic etiam accipendum illud Hieronymi epist. ad Demetriadem, Tanti, ut dicitur, vitrum, quantum margaritum è quod & alibi repetit. per vitrum enim gemmas vitreas intelligit: quare non assentior summis viris, qui alter interpretantur, & locum Tertulliani censent emendandum. Atqui non de quovis vitro proverbium exponi debet, sed de eo quod ad gemmarum similitudinem fuerit elaboratum. Alchymistæ hodierni frustrationes *μαρτιολεχτας* suæ eo compendio sæpe solantur. quod satis antiquum est inventum: nam apud Anastasium Sinaitam qui ante annos circiter sexcentos vivebat, inveni factam mentionem artificum qui per chymiam gemmas conficerent. in libro enim *A'ρασωγῶν*, postquam docuit ænigma esse, quod narrat Moses initio Genesios, de auro & pretiosis lapillis: ε γδ δη, inquit, χειροκόπειος ἡγεστὴ λιθεργὺς ἡ κειμενῆταις, χειροκόπειον τὸν λίθον ἀπεργάσασθε ἡ γραφὴ βελορόφη ἡ παιδεύσατο τοῦτο φυσιν. hæc ille. κειμενῆταις scribunt passim Græci, non χυμενῆταις, & κειμεῖα, non χυμεῖα. Ex Anastasio de vitis Pontificum discimus & vitreas gemmas in aliquo pretio fuisse.

GRUTERUS.

I Surripi quasi ad leonem venditorem jussit, deinde ē cavea caponem emitte.] Sic Pal. minus recte vulgati, emituit. illud surripi ferri heic potest, si admittamus subito deprehensum & producitum, tanquam cui pugnandum cum leone. interim nihil ingeniosius illo surrigi, amicissimi nostri Casauboni.

CASAUBONUS.

I Surripi quasi ad leonem jussit.] Scribo, surrigi. nam ad stipitem deligantur

¹ Deinde è cavea caponem emittit, mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici jussit, *Imposturam fecit & passus est.* deinde negotiatorem dimisit. Occupato tamen Odenato bello Persico, & Gallieno ² rebus ineptissimis, ut solebat, incubente, Scythæ navibus factis Heracleam pervenerunt, atque inde cum præda in solum proprium reverterunt, ³ quamvis ⁴ multi naufragio perierunt, navalii bello superati.

¹³ Per idem tempus Odenatus ⁵ insidiis consobrini sui interemptus est cum filio Herode, quem & ipsum imperatorem appellaverat. Tum Zenobia uxor ejus, quod parvu-

tur bestiarii cum leonibus & aliis feras objiciebantur, ut scribit Tertullianus libro *De pudicitia*, capite ultimo. Latinis dicitur hoc *furrigere*.

SALMASIUS.

¹ Deinde è cavea caponem emittit.] Non emisit caponem Gallienus, sed emitti jussit. sed & eo sensu legendum esset emisit, non emitti. lego ac distinguo: *furripi* quasi ad leonem venditorem jussit, deinde è cavea caponem emitti, mirantibusque cunctis, &c.

² Rebus ineptissimis ut solebat, incubente.] Incubante.

³ Quamvis multi naufragio perierunt, navalii bello superati.] Non possum concoquere genus istud loquendi, ut naufragio periisse dicantur, qui navalii prælio superati sunt. scio sane in hujusmodi navalibus pugnis solere hostium naves demergi: sed quis naufragium id appellari, adhuc requiro, nisi si quis poëtice, atque impropriè loquitus. poëta enim, quibus licet esse quantumvis disertis, δημογέτων νεωράξια etiam vocare consue- runt. fuit igitur cum legerem; quamvis multi naufragio perierunt, bello navalii alii superati sunt. idque postea confirmari vidi optimi Palatini scripture, quæ habet, quamvis multi naufragio perie- rint, bello navalii superati sim. quod ανω-

Νήσος dictum potest videri: aut repe- ti debet vox multi. quamvis multi nau- fragio perierint, multi bello navalii superati sint. ut ut sit, naufragium heic omni- no à navalii bello separandum est. nam utroque modo extincta est pars magna Scytharum. naufragio certe eos maximam cladem accepisse testis Zosimus: ἐπεὶ δὲ τὰ σενά τὸ Προπο- Ίδως κατέλασσον, τότε δὴ τὸ τεῖχον τὸ τολόνθωρον σφειταῖ τὸν Γράβον τεχύτην μη δικαιάμενον, αἰδίλλοις τὰ τολοῖα περιστησάτε, καὶ ἐφέρετ τὰ σκάφη οὐδὲν ηὔσμα τοῦ κυθερητῶν, μεθίεντα τὰς οἰκας. οἵτε ταῖς μὲν κατεδίημα ταῖς δὲ αἰτιανόρρεσ, πνάσε δὲ καὶ αἰτιανόρρεσ αἰκατλαῖς πλήθες πολλῷ, καὶ αἰτια- πνάν καὶ τολοῖαν διπλυμένοις.

GRUTERUS.

² Rebus ineptissimis, ut solebat, incum- bente.] Melius forte Pal. incubante.

CASaubonus.

⁴ Multi naufragio perierunt n.] Nau- fragium appellat demersas naves ho- stili manu. ita exponendam: quia ad- dit, navalii bello superati. de hac nauma- chia mox plura auctor.

⁵ Insidiis consobrini sui.] Mæonii, ut dicitur sequente libro.

I Heren-

parvuli essent filii ejus qui supererant, ¹ Herennius & Timolaus, ipsa suscepit imperium, diuque rexit non muliebriter, neque more fœmineo: ² sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset, verum etiam multis imperatoribus fortius atque solertius. Gallieno sane ubi nuntiatum Odenatum interemptum, bellum Persis ad seram nimis vindictam patris paravit, collectisque per Heraclianum ducem militibus solertis principis rem gerebat. Qui tamen Heraclianus quum contra Persas professus esset, à Palmyrenis vicitus omnes quos paraverat milites perdidit, Zenobia Palmyrenis & orientalibus plerisque viriliter imperante. Inter hæc Scythæ per Euxinum navigantes, Istrum ingressi, multa gravia in solo Rom. fecerunt. Quibus compertis, Gallienus ³ Cleodamum & Athenæum Byzantios instaurandis urbibus munendisque præfecit. ⁴ Pugnatum est circa Pontum, & à Byzantiis ducibus vici sunt barbari. Veneriano item duce, ⁵ navalı bello Gotthi superati sunt, tum ipse

Vene-

SALMASIUS.

¹ Herennius & Timolaus.] Scribe: Herennianus & Timolaus. ita enim habet Palatin. & infra sic scribitur in libello triginta Tyrannorum. corrupte tamen heic in Pal. legitur, Therennius,

² Sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset.] Forte: sed non solum Gallieno hæc virago melius imperare potuisse, verum etiam multis imperatoribus fortibus atque solertibus. & nisi fallor, sola vera est hæc lectio. Zenobiam ea virtute præditam prædicat fuisse, ut non solum Gallieno molli & inerte & ignavo principe melius imperare potuerit, sed etiam multis fortibus & solertibus principibus. virgo pro virago scriptum exhibebat Pal. male.

³ Cleodamum & Athenæum.] Cleodamum & Athenæum. Pal. perperam.

⁵ Navalibello Gotthi superati sunt, tum ipse Venerianus.] Scriberendum:

Veneriano item duce, navalı bello Gotthi superati sunt, cum ipse Venerianus militari periit morte.

GRUTERUS.

¹ Herennius & Timolaus.] Pal. Therennianus, &c.

² Sed non solum Gallieno virago melius.] Pal. Gallieno quoque virgo.

⁵ Pugnatumque est circa Pont.] Enclytica que adsita est volente Pal.

CASABONUS.

² Sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset, v.] Deest ut vocula. nam postulat scribi sententia: sed ut non si jam vero, imperare potuisset. non aliud quam imperaret. ita plana erit sententia.

⁴ Et Athenæum.] Videtur ille esse, cuius hodieque in multis bibliothecis, libellus extat De machinis bellis.

¹ Unde

Venerianus militari periit morte. Atque inde Cyzicum & Asiam, deinceps Achaiam omnem vastaverunt, & ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt. ¹ Unde pulsi per Epirum, Acanthiam, Boëtiam, pervagati sunt. Gallienus interea vix excitatus publicis malis, ⁴ Gotthis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuito plurimos interemit. Quo comperto, ³ Scythæ facta carragine per montem

Gessa-

SALMASIUS.

¹ Unde pulsi per Epirum, Acanthiam, Boëtiam pervagati sunt.] Monstrum letionis haberur in veteribus libris. Palatinus enim, Achenoniam habet, pro Acanthiam: libri Casauboni, Achenoniam. ipse Athamaniam emendabat. ego vero emendandum puto: unde pulsi per Epirum, Machedoniam, Boëtiam. Machedonia pro Macedonia. ultima enim littera vocis Epirum currens cum prima sequentis vocis Machedoniam, fecit, ut hæc absorberetur, illa vero vicem duarum præstaret: quod non raro fieri in veteribus libris satis sciunt, qui eos aliquando pervoluntur. Macedonia autem Scythes esse pervagatos testatur Zosimus, qui eos eo fugisse scribit facta carragine quotquot reliqui sunt facti ex pugna adverlus Romanos commissa apud Naissum. et si enim non illi plane convenit cum Trebellio in tota illa Scythici belli narratione, de Macedonia tamen pariter utriusque convenit.

³ Boëtiam.] In libri veteres fere semper scriptum exhibent, & Boëtiam vocant, quæ est Boëtia. multos vidi versavique libros manu exaratos: nusquam aliter hujus provinciæ nomen in illis inveni scriptum. de cuius scripturæ ratione dicam ad Solinum plura.

⁴ Gotthis vagantibus per Illyricum.] Apud Moësos pugnatum fuisse cum Scythis narrat infra Trebellius in Clodio: Zosimus apud Naissum urbem, sed adeo varia hæc Scytharum

historia, ut in ea narranda parum sibi consentiant scriptores.

GRVTERVS.

¹ Unde pulsi per Epirum, Acanthiam, Boëtiam pervagati sunt.] Palat. Athamaniam. sed nihil certius quam rescribendum Athamaniam, Boëtiam.

CASAUBONUS.

² Per Epirum, Acanthiam, Boëtiam pervagati sunt.] Boëtia quidem nihil, sed Boëtia regio notissima. tamen alter membranæ regiæ: per Epirum, Athamaniam, Moësiam. scribo, Athamaniam.

⁵ Scytha facta carragine per montem Gessacem fugere sunt conati.] Quid sit carrago & καρράγης apud Taoticorum scriptores Græcos viri docti exposuerunt. Procopius facere carriginem libro quarto dixit, τὰς ἀμάξιας μετωπής σῆρε, frontes carorum hosti objicere: & qua fine carrago fieret, his verbis explicat: ὅπες τὰ νῶσα εἰ τοῦ ἀσθελεῖ ἔχοντες θρόνος τοῦ μετωποῦ, quod plane convenit isti loco. Nam Scytha fugam meditantes carriginem prius faciunt, ut Romani persequi fugientes non queant. Sic apud Zosimum, Scytha περβαλλόδρομοι τὰς αυξένας, οἷς ἐπὶ Macedonias εἰσώρει. Alius carraginis usus, cum in orbiculatam figuram collatis sarracis exercitus undique cingebantur. Lege Ammianum libro xxxi.

¹ Omnes

Gessacem fugere sunt conati. ¹ Omnes inde Scythes Martianus varia bellorum fortuna agitavit: quæ omnes Scythes ad rebellionem excitarunt. Et hæc qui-¹⁴dem Heracliani ducis erga Rempublicam devotio fuit. Verum quum Gallieni tantam improbitatem ferre

¹ Omnes inde Scythes Martianus varia bellorum fortuna agitavit.] Scripti, Macrianus, ut is nempe sit de quo tam multa supra, & in libro sequente. Zosimus favet vulgata lectioni: τὸν στρατηγὸν Σκύθας πολέμιον Μαριανὸν ἀγάδες αὐτῷ τῇ πολιμίᾳ σφόδρα ἐξησυχώμενον. & recte Zosimus: nam alias profecto Macrianus, alias Martianus: quos qui confundunt, (nec vidi adhuc qui distinguenter,) in magno errore versantur. Macrianus cum Valeriano bella in Oriente gerens, eo capto rem gessit feliciter cum Persis: eoque successu inflatus, purpuram induit: ac mox Italiani infesto petens exercitu, vicit ab Aureolo, in medio conatu extintus est. Martianus Gallieni auspiciis cum Barbaris pugnat diu: actandem cum Gallieno militaret, de occidendo imperatore suo cum Heracliano altero duce consilium init; initum exequitur. In primis notanda sunt illa verba qua sequuntur, consilium inierunt Martianus & Heraclianus, ut alter eorum imperium caperet. & cum istis comparanda de Mactiano è libro sequenti: Factus est Macrianus cum Mactiano & Quieto duobus filiis, cunctis militibus volentibus imperator. Ac statim contra Gallienum venire cepit, nesciisque rebus in Oriente deditis. hæ duæ pñods non magis dici de eodem homine possunt, quam agnis & lupis potest convenire. Quare Martiana hic scribendum, & item aliis aliquot locis, quos indicamus.

SALMASIVS.

¹ Omnes inde Scythes Martianus varia bellorum fortuna agitavit, quæ omnes Scythes ad bellum excitarunt.] Non tan-

tum vitio contiminatus hic locus, sed etiam mancus videtur: quem ascribam, ut in libro Palatino reperi scriptum: omnes inde Scythes Marcianus varia bellorum fortuna, quæ omnes Scythes ad bellum excitarunt. paret igitur illud agitavit, ab iis insertum esse, qui sententiam explere tentabant: sed major labes huic loco infedit, quam ut sine meliorum codicum ope sanari possit. ex Clodii vita facile colligi potest quis fuerit hujus loci sensus. nam ibi scribit Trebellius Gotthos à Marciano variis præliis contusos, & multis in partibus fugatos, cum fugere vellent, & in patriam redire, à Claudio non esse emissos. atque eodem postea omnes Scytharum gentes ad bellum Romanis inferendum excitasse. Trebellius: nam, ut superius diximus, illi Gotthi qui evaserant eo tempore quo illos Marcianus est persequitus, quosque Clodius emitti non sverat, ne quid fieret, quod effectum est, omnes gentes suorum ad Romanas incitaverant prædas. quod vero ibi narrat Trebellius, sese superius dixisse de Gotthis illis qui evaserant, quique ne fugerent à Clodio prohibiti, omnes Scythes adversus Romanos excitaverunt. hoc loco nempe in dixerat. sed ut nunc est, vix dimidia sui parte integrum reliquum esse appetat. atque etiam id satis probat, quod sequitur, & hæc quidem Heracliani ducis erga remp. devotio fuit. quæ verba quo referri possint, non habes. multa igitur hoc loco deperitissè constat.

GRVTERVS.

¹ Omnes inde Scythes Martianus varia, &c.] Sic & Pal. nisi quod is semper littera molliore, Marcianus, quomodo & Græci,

x U

ferre non possent, consilium inierunt Martianus & Heraclianus, ut alter eorum imperium caperet: & Claudius quidem (ut suo dicemus loco) vir omnium optimus, electus est, qui consilio non adfuerat, effetque apud cunctos in reverentia, ut dignus videretur imperio, quemadmodum postea comprobatum est. Is enim est CLAUDIUS à quo ⁴ Constantinus vigilansimus Cæsar originem dicit. Fuit ejusdem socius in appetendo imperio ⁶ quidam Ceronius sive Cecropius, dux

CASAUBONI.

¹ Ut alter eorum imperium caperet.] Post ista deest aliquid: & Zosimus narrat aliter, qui Claudium facit consilii participem. Trebellius vero neque hic neque in libro de Claudio, quomodo ipsi delatum fuerit imperium satis explicat. Sed non dubitamus ejus historiam imperfectam & corruptam ad nos pervenisse.

⁴ Constantinus vigilansimus Cæsar.] Jam diximus esse legendum, Constantinus.

SALMASIUS.

² Effetque apud cunctos in reverentia.] Optimus liber: ea quæ apud cunctos reverentia, periodum hanc totam sic debes scribere: & Claudius quidem, ut suo dicemus loco, vir omnium optimus, electus est qui consilio non adfuerat, eaque apud cunctos reverentia, ut dignus videretur imperio. planior tamen sententia foret, si scripsisset: & Claudius quidem, qui consilio non adfuerat, electus est, vir omnium optimus, eaque apud cunctos reverentia, ut dignus videretur imperio.

³ Ut dignus videretur imperio.] Adidunt vocem Pal. & vet. ed. ut juste dignus videretur imperio.

⁵ Fuit ejusdem socius in appetendo imperio.] Omnino legendum: fuit iisdem socius in appetendo imperio quidam Ceronius sive Cecropius. iisdem, hoc est Marciano, & Heracliano & Clodio. nam Marcianus & Heraclianus consilio inter se inito, Claudium qui non aderat, elegerunt imperatorem,

quibus se socium dedit hic Cecropius qui & Gallienum intererem. sequitur enim, qui eos urbanissime & prudenter adiuvit, id est, Marcianum, Heraclianum & Clodium. & sane vetus editio quoque, iisdem agnoscit.

GRUTERUS.

² Eaque apud cunctos reverentia, &c.] Exhibui quod erat in Pal. nam vulgariter male, effetque apud cunctos in reverentia.

⁴ Constantinus vigilansimus Cæsar.] Pal. vigilansimus, quæ forma forsan non dedebeat illud avum. ceterum Constantius legendum videri, liquet ex loco superius posito.

⁵ Fuit ejusdem socius, &c.] Cum sequatur statim, qui eos & urbanissime, &c. videtur legendum: Fuit ejusdem socius, ut referatur magis ad Marcianum & Heraclianum. & vero extat in Pal. iisdem, quod est idem cum iisdem.

CASAUBONI.

⁶ Quidam Ceronius, sive Cecropius, dux Dalmatarum.] Scripti quidam, Ceronius, quasi ex illa eset nobilissima Ceroniorum stirpe, unde ortus Verus Cæsar. apud Zosimum Cecrops Maurus nominatur inter illos qui Gallieno imperante res novas sunt moliti: at dux iste Dalmatarum is est, de quo in eadem cum hac narratione scribit Zosimus, Heraclianum ei mandasse patrandum Gallieni cedem: ἀρδα, inquit, διγάρ εἰς τὰ μαλαζα

dux Dalmatarum, qui eos & ¹ urbanissime & prudentissime adjuvit. Sed quum imperium capere vivo Gallieno non possent, hujusmodi eum insidiis appetendum esse duxerunt, ut labem improbissimam, malis fessa Republica, à gubernaculis humani generis dimoverent, ne diutius theatro & circo, ² addicta Republica per voluptatum deperiret illecebras. Insidiarum genus fuit tale. Gallienus ab Aureolo qui principatum invaserat, dissidebat, sperans quotidie gravem & intolerabilem tumultuarii imperatoris adventum. ³ Hoc scientes Martianus & Cecropius, subito Gallieno jusserant nuntiari Aureolum jam venire. ⁴ Ille igitur ⁵ militibus congregatis, quasi certum processit ad prælium, atque ita missis percussoribus interemptus est. Et quidem Cecropii Dalmatarum ducis gladio Gallienus dicitur esse percussus, ut quidam ferunt, ⁶ circa Mediolanum: ubi continuo & frater ejus VALERIANUS est interemptus, quem multi Augustum, multi Cæsarem, multi neutrum fuisse dicunt: quod verisimile non est. Siquidem capto jam Valeriano, scriptum invenimus in fastis, **VALERIANO IMPERA-**

TORE

παῦσιν τοῦ ζεύς τοῦ Δαλματῶν πάρειν εἶπεν, ἵκειται τέτων τοῦ πεζῶν. de Cecropio Zosimum hic loqui magis declarabunt sequentia verba, si cum Pollionis narratione illa conferas.

SALMASIVS.

¹ *Urbanissime & prudentissime adjuvit.] Notabis tibi novam urbanitatis hocloco notionem. nam urbane adjuvare heic dicitur pro comiter & benigno, quod nos idiomate nostro diceremus, courtoisement. sed & infra notabimus urbanitatem sic sumi ab istis auctoribus, ut nos vulgo, courtoise.*

³ *Hoc scientes Martianus & Cecropius.] Marcianus semper scriptum in Palatino. Zosimo *Marcianos* dicitur.*

⁴ *Ille igitur militibus congregatis,]*

Temp. II.

Quædam editiones coactis. sed optimus Pal. cogitatis. cogitatis autem est coactis. nam cogo, cogito: ut coqu, coquito. videtur ergo ab iis qui cogitare hæc significatione reperiri non putabant, mutatum esse, & coactis vel congregatis repositum pro cogitatis. hoc sensu plane positum est in hoc versiculo sententiarum Seneca & P. Syri:

Unus dies pœnam affert, multic cogitant.

⁶ *Circa Mediolanum.] Mediolanium, MSS.*

CASAVBONVS.

² *Addicta Rep. per voluptatum peri-
ret illecebras.] Scrib. Respubl.*

GRVTERVS.

² *Addicta Republica.] Sic & Pal.
sed requirit sententia, Respublica.*

⁵ *Militibus congregatis.] Pal. cogi-
tatis, an fuit? coactis, aut coadunatis.*

P. Quis

TORE COS. ¹Quis igitur alius potuit esse Valerianus nisi Gallieni frater? ²Constat de genere, non satis tam
men

CASAUBONUS.

¹ Quis igitur alius potuit esse Valerianus, nisi Gallieni frater.] Falleris: nam præter Valerianum fratrem Gallieni, fuit & alter ejusdem Gallieni filius, P. LICINIUS SALONINVS VALERIANVS: quod ex Victore & ex lapidibus & nummis probarunt viri docti. Sed respondeat fortasse Pollio, consulatus hujus anno juniores fuisse Gallieni filium, quam ut de eo possint hæc accipi.

² Constat de genere, non satis tamen constat de dignitate, vel, ut cuperunt aliqui, de maiestate.] Videtur Pollio his verbis significare, vocem *majestas*, ante sua tempora de principibus non solitam usurpari, sed *dignitas* solum. Sene videtur: & ita hunc locum sciimus acceptum viris eruditis. re autem vera hoc non dicit Pollio: neque si diceret, fides ei esset habenda. sed neque vim neque usum hujus dictio- nis omnes capiunt. Est vero *Maiestas*, unum ex iis vocabulis Latinis, quibus nullum est in tota lingua Græca par, & ex æquo respondens. Auctor Glossarum vertit *μεγαλότης*. ea vero *magnificentia* vel *magnitudo* est, non *majestas*, quam diserte Plinius in Panegyrico separat à magnitudine. & merito. à magno sit *magnitudo*: *majestas* ab eo dicitur quod est *majus*. *majestas* itaque, si verbi proprietatem spectamus, numinis est solius: quod omnibus iis quæ magna dici possunt, est *majus*. usuratio est, cum principibus *majestas* tribuiatur. an hoc Plinius sentiebat, cum de sapientissimo & moderatissimo principe Trajano scriberet? Locupletabant & fiscum & ararium non tam *Voconia* & *Julia* leges, quam *Majestatis* singulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacant: hujus tu metum penitus sustulisti, contentus *MAGNITUDINE*: qua nulli magis caruerunt, quam qui sibi *Majestatem* vindicabant, sed verius est, eo po-

tius Plinium spectasse, quod legem majestatis non omnes imperatores voluerunt exerceri: per Augustum, Vespasianum, Titum, & bonos alios principes siluit: viguit per Tiberium, & cæteros arrogantes, superbos ac fævos imperatores. hos ait Plinius majestatem sibi vindicasse, id est, legem de majestate exercuisse: illos minime, sed non negat Plinius, qui de principibus etiam bonis loqueretur, majestatis nomen usurpare. Pridem Latinus sermo à diis ad homines hoc nomen transtulerat. Dupli vero ex caussa hominibus tributa majestas à veteribus Latinis: singulis, propter virtutis cuiusdam rarae opinionem; corpori Reip. propter imperium. De majestate singulorum, etiam privatorum, habes caput apud Valerium Maximum libro secundo, decimum. ita ille appellat, & cum eo M. Tullius, atque alii Latini scriptores, honorem eximium cum veneratione junctum, qui ex admiratione virtutis, aut propter gloriam rerum gestarum, alicui deferuntur. Sic exponendum, quod libro sequente de Pisone ait Trebellius: *Senatus consultum de Pisone factum, ad noscendam ejus majestatem libenter inservi.* Etiam reverentia illa quæ certis personis lege naturali præstatur, majestas appellatur interdum: nam apud Plinius libro nono leges, *majestas patritiae*: apud Livium libro xxxiv. *majestas matronarum*. hæc Græcis *δέξις* dicitur proprie: illam *δέξια* dicunt, quia *λορδυναγρι* vocem non habent. vetus quoque Novi fœderis interpres *δέξια* *majestatem* sape vertit. Diversa ex caussa & notione alia tribuitur majestas corpori Reip. quandiu enim libera fuit Resp. tandem & summum imperium & majestas penes populum Ro. resedit. quare apud M. Tullium, T. Livium, & similes scriptores, illa passim occur- sunt:

tunt: MAESTAS POP. RO. neque male Polybius, qui in formula fœderis MAESTATEM POP. RO. Græce dixit, THN APXHN KAI THN ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΝ TOY ΔΗΜΟΥ TΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ. nihil enim aliud majestas fuit populi Romani, quam id quod expressit Polybius. Atque hæc publica, ut sic dicam, majestas, seu comes imperii individua, simul cum potentia in imperatores à populo fuit translata. Quanquam puto euidem Augustum qui vim imperii sibi vindicavit verborum honorem populo concessit, abstinuisse hoc verbo, cum de se, aut de sua domo loqueretur. at non abstinuerunt qui de illo aut aliis imperatoribus etiam bonis scriperunt. Suet. cap.

xxv. cur Augustus milites non appellaret committones, hanc rationem affert: ambitiosus id existimans, quam aut ratio militaris, aut sua domus que ejus majestas postularet. & in Claudio scribit idem: decretis sibi à senatu ornamentis triumphalibus, leviorum majestati principali titulum arbitratus est. libro autem quarto, cap. xxi. inter Caligula flagitia ponit nobilis ille scriptor, non quod majestatem sibi vindicaret, ut loquitur Plinius; sed quod majestatem divinam afferere sibi ceperisset. clare innuens, humanam quandom principibus majestatem cum imperio inesse. atque hæc eti⁹ imperii semper est comes, tempore tamen augescit, & fit subinde major. ita capiendum quod de Vespasiano scribit Tranquillus capite vii. Autoritas & quasi majestas quedam, ut scilicet inopinato & adhuc novo principi, adhuc deeras: hæc quoque acceptit. sed tempore illi præsertim opus, quam virtus etiam privatis conciliat: ideo Valerius Maximus cum illam rudit Minerva describeret, LONGVM & beatum honorem esse dixit. Hæc ita olim: temporibus vero Trebellii cepit hominum adulatio omnem dignitatem appellare majestatem. ita blandi homines & parasiti proceribus Romanis adulabantur: quorum fastum &

arrogantiam describit non uno loco Ammianus Marcellinus. hunc igitur abusum hujus vocis obiter perstringit hic Pollio. nam qui aliter verba hæc illius interpretantur, ii quam fallantur, liquido constat ex superioribus. Porro isti qui dignitates omnes majestates vocabant, imperatores suos non aliis quam divinis verbis compellabant, aut de iis loquebantur. Tum primum cepit disci numen Augusti, non majestas: oracula principis, non rescripta aut edicta, & similia multa: quæ semel usu recepta, ne tum quidem sunt desita, cum religionem Christianam imperatores sunt amplexi: ut sciunt, qui eorum Constitutionibus legendis operæ aliquid posuerunt.

SALMASIUS.

3 Non satis tamen constat de dignitate, vel ut alii loqui coepérunt de majestate.] Mentem Trebellii neutiquam videbunt doctissimi viri, nec hujus loci sententiam sunt assequuti. quod enim quidam videntur existimasse majestatem de principibus ante Trebellii tempora non esse usurpatam, tot veterum scriptorum locis ac testimoniis contrarium afferentium revinci possunt, ut nefas de eo vel tantillum dubitare. quod autem vir præstantissimus & de his auctoribus optime meritus, ita Trebellii verba censem accipienda, ut intelligamus eum dicere velle, temporibus illis majestatis nomen de omni dignitate solitum usurpari, atque ita blandos homines, & parasitos proceribus Romanis adulati consuetos esse, non magis probare possum, quam id quod maxime improbare debeo. nam quis auctorum hoc dixit, scripsitve, aut quis usurpavit majestatem, pro dignitate, non dico prætoria, aut præfectoria, sed vel consulari, quæ omnium dignitatum apex etiam sub imperatoribus censebatur? nec illud verum est, dignitates omnes tunc majestates vocari coepisse, cum principes divinitatis titulis assumptis, & non

P 2 alii

aliis quam divinis verbis compellari soliti, numen quidem, ut rem sibi propriam vindicarunt, minoribus vero magistratibus majestatem reliquerunt. quando enim hoc factum est, aut quis factum esse meminit, ut majestas, non de principe aliquando dicta sit, sed de magistratibus tantum minoribus, atque ita sub principum auctoritate numen Augusti, inquiunt, Trebellii aetate dici cepit, non majestas. immo & majestas & numen Augusti semper obtinuit, ut diceretur etiam Trebellii tempore. & haec duo semper junctim posita legere est de imperatore, numini magistri & ejus. hinc illae adeo frequentes in veteribus monumentis subscriptiones his notis signatae: N. M. Q. E. D. hoc est: numini magistri & ejus devotus. libera stante republica, non solum populi Romani majestas dicebatur, sed etiam consulis & prætorum, & aliorum majorum magistratum. at sub imperatoribus, nusquam nisi de imperatore ipso nomen illud majestatis in usu fuit. nunquam igitur de alio magistratu, aut dignitate quam de principatu majestas dicta est, nec alicui dignitaires majestates appellatae imperatorum auctoritate. quarendum ergo est quid sibi velit Trebellius scribens, sua aetate quosdam cepisse majestatem vocare pro dignitate. hoc ille, ut puto voluit: anteribus quidem temporibus, majestas Augusti, & majestas divina domus semper usurpata est, sed eo sensu, ut pondus & gravitas, & magnitudo quædam coliverentia & dignitatique digna in principe, illa voce designaretur, & honos quidam eximus, cum veneratione junctus, qui jure meritoque illi potestati debetur, qua supra potestates omnes esset. nam ut majestas populi olim dicebatur, propter imperii magnitudinem ac dignitatem, quo tempore populus scilicet imperii summa obtinebat: sic postquam imperium a populo ad unum translatum est, majestas quoque qua tanto imperio dicebatur, simul ad unum illum

translata. atque hinc majestas Augusti dicta, qua olim populi Romani majestas fuit. aetate vero Trebellii Pollionis majestas proprie vocari coepit est ipsa imperii dignitas, vel imperium ipsum, hoc est βασιλεία, quam qui habet is imperator & Augustus dicitur, ut dignitas consularis consulem facit, & prætoria prætorem. sic majestas, hoc est imperii dignitas, imperatorem, & Augustum. nam dignitas de aliis magistratibus, & honoribus, majestas de solo imperio dicebatur. sed duæ tunc erant majestates; Cæsarea & Augusta. ideo Trebellius hoc loco, cum diceret dubitatum esse à multis de Valeriano juniore utrum Augustus an Cæsar tantum fuerit, non satis de majestate ejus inter omnes constitisse scribit, quod alii cum Augustum, hoc est Augusti majestate præditum fuisse, alii Cæsariana tantum, quidam neutra affirmarent. quo sensu majestas Augusti, & majestas Cæsaris, pro dignitate Augusta, & Cæsarea sumitur. & hoc plane sensu majestatis appellationem posuit idem Trebellius paulo ante, his verbis: Odenatus Rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis imperium, idcirco præcipue quod se forcibus factis dignam tantæ majestatis insulis declaravit. ubi insulas majestatis, dignitatem imperatoriam applicavit, ut præfecturæ insulas, & consulatus & prætoræ, & aliarum dignitatum honorumque, ac præpositurarum dicebant. Majestas igitur Trebellii tempore dicebatur, dignitas imperatoria, vel imperii insulæ, ut ita dicam. & sic in Pisone quoque majestatem usurpavit: Sinatus consulatum de Pisone factum, ad noscendam ejus majestatem, libenter inferui. imperium enim sumpserat ille Piso, eique post mortem non tanquam tyranne, sed tanquam legitimo imperatori & Augusto honores divini senatus consilio decreti. βασιλείας Graci vocant, haec regiam dignitatem, vel ut Trebellius vocat majestatem. regalitatem vulgo appellamus. imperium recentioris

men constat de dignitate, vel, ut cœperunt alii loqui, de majestate. Occiso igitur Gallieno seditio ingens ¹⁵ militum fuit, quum spe prædæ ac publicæ vastationis imperatorem sibi utilem, necessarium, fortem, efficacem, ad invidiam faciendam, dicerent raptum. Quare consilium principum fuit ut milites, ejus, quo solent placari

tioris ævi scriptores dixerunt. hinc apud Luitprandum de rebus per Europam gestis, imperium vestrum, pro eo quod nunc dicimus, majestas vestra, cum ad regem loquimur. Hæc pluribus explicare coacti sumus, ut Trebellii mentem exponeremus, à qua nimis longe aberrarunt hactenus eruditii homines, qui hunc locum tratarunt, majestas imperatoribus solis cum diis communis facta est. hinc numen & majestas Augusti. Graci μεγαλεστηρια exponunt, ηγεσιωσιν etiam aliquando interpretantur. Glossæ: majestatis crimen, ηγεσιωσιν εσκληψια. alia Glossæ, ηγεσιωσιν, devotio, dicatio, majestas. sed tantum inter majestatem & ηγεσιωσιν intereste puto, quantum inter principem, & privatum. principis enim est majestas, privati devotio vel ηγεσιωσις. nam devotionem omnes privati debent principis majestati. hinc illæ subscriptiones in veteribus faxis, numeri majestatisque ejus devotus. hanc debitam devotionem qui non prastant, in tantam majestatem peccare existabantur, siue inde voti, & læsa majestatis rei dicebantur. quales sunt, qui in vitam principis conspirant, qui rebellant adversus principem, tyranni, perduelliones, rebelliones, antæ, & ejusmodi, quos ut diximus inde voti, Græce ἀηγεσιωται appellabant. Optimæ Glossæ: duelliones, ἀντε, ἀηγεσιωται, τυρρενοι, τυρρενides. contaminatissime hodie locus ille scribitur in editionibus illius præstantissimi Glossarii. ἀηγεσιωται igitur sunt inde voti, qui devotionem cultum-

que regiæ majestati non exhibent: atque hinc ηγεσιωσιν εσκληψια, crimen majestatis dictum. ergo devotio privatorum erat, ut majestas principis. devotio, ηγεσιωσιν, in Glossis, quam & dicationem quoque dixerunt. eadem Glossæ: dicatio, αφοσιωσις, ηγεσιωσιν. eadem: ad dicationem, τοις ηγεσιωσιν. sed illis omnibus locis posset fortasse aliquis contendere, dictionem, non eo quo possumus significatu accipiendam. aliis & magis ad hanc rem idoneis agendum testibus: in lege quadam Constantini Cod. Theod. editum autem continens indulgentiam nostram, ad devotionem tuam misimus, ni tua dicatio & alii cuncti recognoscant, quid præstimum memoratis. ibi quis non videt dictionem & devotionem idem significare sed & passim in Cod. Theod. dictionis in illo significatu mentio inventitur: & in veteribus faxis, numeri majestatisque principis dicatus & devotus pro eodem sape aliquis dicitur, dicatio & devotio idem: ejus contrarium inde votio. quæ vox in Codice mihi lecta est, deo eo qui male devotus est, & minime fidelis principi. de qua alibi.

GRUTERUS.

I Ut milites ejus quo solent placari generere sedarentur.] Sic & Pal.

CASAUBONUS.

I Ut milites ejus quo solent placari generere sedarentur.] Malim, eo quo s. neque enim Gallieni jam milites erant, morte extinti. Largitio autem, unica erat placandi militis certissima ratio. Herodianus libro sexto: τας σπουδαίας ἀρετῆς. καὶ ιφ' οἰς.
P. 3

ΔΛΥΑ

placari genere, sedarentur. Promissis itaque per Martianum aureis vicenis, & acceptis, (nam praefto erat thesaurorum copia) Gallienum tyrannum militari iudicio in fastos publicos retulerunt. Sic militibus sedatis, Claudius, vir sanctus ac jure venerabilis, & bonis omnibus charus, amicus patriæ, amicus legibus, acceptus senatui, populo bene cognitus, accepit imperium.
16 Hæc vita Gallieni fuit breviter à me litteris intimata, qui natus abdomini & voluptatibus, dies ac noctes vino & stupris perdidit orbem terrarum.³ Triginta prope tyrannos passus est, Romanum dehonestantes

εληλυπτν, παρεμυθεῖτο μηχαλοδεσια χειρισταν. τὴν γέ μένον εἰς Σνοίας ανάκτοντι στρατιωτῶν σύνοιζε φάρμακον.

I Dies ac noctes vino & stupris perdit orbem terrarum.] Vox una desideratur, ut sit plena sententia, quæ nunc hiat. Scribendum: dies ac noctes vino & stupris impendens, perd. o. t. hæc nostra sententia est, & conjectura. membranæ tamen longe aliter: in quibus locus ita conceptus d. ac n. v. & fl. perdidit. Orbem terrarum xxx. prope tyrannis vastarifecit: ita ut & mulieres eo melius imperarent.

GRUTERUS.

2 Vino & stupris perdidit; orbem terrarum triginta prope tyrannis vastarifecit: ita ut mulieres illo melius imperarent.] Sic per omnia Pal. nisi quod habeat initio, viginti prope tyrannis vasti fecit. quod vasti fecit unica dictione seculo illi forte non insolens. vulgabatur prius: & stupris perdidit orbem terrarum. Triginta prope tyrannos passus est, Romanum dehonestantes imperium: ita ut etiam mulieres eo melius; quam lectionem & alii mss. rejiciunt.

SALMASIUS.

I Dies ac noctes vino & stupris perdit.] Id est, consumpsit, contrivit. Aurelius Victor Scotti: inter haec ipse popinas geneasque obiens, lenonum ac vi-

niorum amicitias barebat. ubi perpetram, pro viniorum, minorum vellet legi optimus Schotthus. vinarios & lenones conjunxit Victor, ut heic vim & supra Trebellius.

3 Triginta prope Tyrannos passus est.] Claris & expressis literis scriptum in Codice Palatino: viginti prope Tyrannos, qui numerus an possit confidere, nescio. liquet vero non posse, nisi ex Tyrannis, qui infra volumine uno inclusi sunt à Trebellio, pater cum filio pro uno semper numeretur. si enim Postumum seniorem, & juveniem, Victorinum seniorem & juveniem, Macrianos patrem & filios, Odenatum cum filiis & consobrino & uxore Zenobia, Tetricum quoque patrem & Tetricum filium pro uno computabimus, tunc viginti tantum Tyrannos inveniemus uno minus. paulo tamen infra hunc numerum servat, & bis aut ter triginta Tyrannos nominat. dixit autem hoc loco, prope triginta Tyrannos, quod numerus integer & rotundus non fuit: in illo enim numero non est Valens superior qui superiorum Galieno principum imperium sumpsit. de Ballista quoque multi scriptores dubitarunt an imperator factus sit.

Ib. Triginta prope Tyrannos passus est, Romanum dehonestantes imperium.] Longe aliam lectionem habent membranæ, legunt enim: triginta prope Tyrannos

stantes imperium, ita ut etiam mulieres eo melius imperarent. Ac ne ejus prætereatur miseranda solertia, veris tempore cubicula de rosis fecit. De pomis castella composuit. Uvas triennio servavit. Hyeme summa melones exhibuit. Mustum quemadmodum toto anno haberetur docuit. Ficos virides, & pomum ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit. ² Mantilibus aureis semper stravit. ³ Gem-

mata

nos vestari fecit, Romanum dehortantes imperium. qua scriptura ductus, non lectionem tantum, sed etiam distinctionem mutandam censeo hoc modo: hec uita Gallieni fuit breviter à me litteris intimata, qui natus abdomini ac voluptatibus, dies ac noctes vino & stupris perdidit, orbem terrarum per triginta prope Tyrannos vestari fecit, Romanum dehortantes imperium.

CASAUBONUS.

¹ Hieme summa melones exhibuit.] De melonibus ante dictum. Theophrastus inter stupidi hominis notas, ponit hanc: Η χωνάρ ὄντος μελέτης τοῦ παιδός, ὃν συνεσσίσιμον ἡγεασε. insaniam hoc, non fatuitatem appellat Marcus Antoninus libro xi. Σῦκον χωνάρος ζητῶν μανοφύρως. sed quod rerum natura negabat, industria hominum pervicit, ut media hieme fructus astivū haberentur recentes. Lege Athenaeum libro nono.

SALMASIUS.

² Mantilibus aureis semper stravit.] Mantilibus aureis, ita veteres, atque ita scribendem. Isidorus: mantelia nunc pro operendis mensis sunt, quæ olim, ut nomen indicat, tergendis manibus fuere. verum ille dicit. nam mantelia olim apud veteres tergendis manibus habita, mappæ tergendis mensis. apud istos autores contra mantilibus mensa semper sternitur, mappæ tergendis manibus dantur. hinc hoc loco mantilibus aureis sternere, & in via Heliogabali pura mantelia mittere eodem sensu, ut alibi ostendam. hanc

mantelam dicebant veteres, quod rationabilius erat. nam mantela est manualis tela, qua manus tergenitur: ut manclava, manualis clava quæ manus gestatur. sic mansuetum dicebant pro manusueto, quod Græci Χερόθες. mansuprare, το χρεπεζεῖν, manu stuprum inferre, quod corrupte postea mīsturbare dixerunt. mantela igitur proprie Χερομακλεψ. Pollux: λα- πα ἡ εὐαλεῖν τὰ υαλάς ἐχούσα Χερ- μακλεψ αἰς δότο τὸ δεσύτητο. ὥστε γέλει καλέσει τὰς ὀνομαζομένας μαντη- λας γέται καλεῖν. ita enim apud Pol- lucem legendum ex scripto codice. veteres Glossa: Χερομακλεψ, mante- la, at pro mantela, etiam hoc mantelum, & hoc mantele, mantelis protulerunt. eodem plane modo quo haec gausipa, hoc gausipum, & hoc gausipe enuntia- runt, cum hanc gausipam solum dici debere ratio evinceret. nam Gra cum erat ὁ γαυσίπης, Latinum haec gausipa: ut ὁ γέρπης, haec charta: ὁ κο- χλας, haec cochlea. ὁ ἔρπες, haec herma. de mantela non possum prætermittre elegans ἀνίγμα, quod habetur inter epigrammata nostra ἀνένδογο, ad hunc modum:

Ζαυθὴ μῆδος ἐχών οὐκεν παῖρος, αἴλ- λα κοπεῖσσε
Γίορης δρόζυρος λαβηστέρη γε- νος.
Χαῖρε ἡ γλυκερῷ τε καὶ ἐχθρόντε- λοετέσσε
Πρώτη διαιτημένων εἰς χρεῖν ἵ- χεμδίν.

mata vasa fecit, eademque aurea. Crinibus suis auri scobem aspersit, radiatus saepe processit. cum chlamyde purpurea gemmatisque fibulis & aureis Romæ visus est, ubi semper togati principes videbantur: purpueream tunicam aureatamque virilem eandemque manicatam habuit. Gemmato baltheo usus est, cal-

gas

³ *Gemmata vasafecit.*] Id est facienda curavit. sic Capitolinus in vita Maximorum: *usus est clypeo gemmato inauguato & hasta inauguata.* fecit & spathas argenteas, fecit etiam aureas. & paucum post: fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas. id est, faciendas curavit.

CASAVBONVS.

¹ *Radiatus saepe processit.*] Cum corona radiata, quæ numinum propria.

³ *Caligas gemmatas annexuit.*] Στρατηγὸν τελείωσεν, five τελείωσεν. de caligis satis ad Suetonium. sed novum genus caligarum istud fuit: nam olim caligæ militum insimi gradus erant: istæ inter insignia imperatoria habita. Luithprandus Historiarum libro XII. cap. IX. decretum ut quia tantæ erat dignitas & ἀδυνάτερος filiam suam Helenam imperator ei copularat, rubricatarum pellum caligis, ut isthic imperatorum moris esset, eteretur.

GRUTTERVS.

³ *Caligas gemmatas annexuit.*] Pal. caligias gemmeas adnexuit.

SALMASIVS.

² *Auratamque virilem.*] Erant tunicae muliebres, erant & viriles. muliebres tunicae, quæ & cyclades dicebantur, paragaudas aureas hoc est χειροῦ περιφερεῖαι habebant, quibus viriles tunicas ornari minime moris fuit. at Gallienus etiam tunica virili aurata usus est. auratae aurem tunica ab illis paragaudas velloris auto intextis quibus in circuitu ad extre-

mam oram adsutis ornabantur, dictæ sunt. hujusmodi viriles paragaudas quæ heic in Gallieno reprehenduntur, posteriores principes, eos dico qui post Diocletianum vixerent, passim usurpaverunt, earum usus privatis interdicto. vide tit. Cod. de vestibus holoveris. Diocletianus etiam ipse serica aurataque ueste usus est. sed de his infra.

³ *Caligas gemmatas annexuit.*] Palatinus: gemmeas caligias annexuit. caliga, caligea vel caligia: ut blatta, blattæ: tina, tinia: baxa, baxea: pala, palea, in δεκτυλίς σφραγίς. & similia sexcenta. caligas heic à campagis separat. & sane caliga proprie, militis calceamentum: campagus calceus patricius, quo & imperatores uestebantur. nam solo colore distabant, imperatoris & senatorum calcei. Capitolinus in Maximinis, caligam Maximini appellat regium ejus calceum, & nullum discriminem statuere videtur inter caligam & campacum. Tertullianus in carmine quod in senatorem Iisacum compositum:

— caligaque remota

Gallica fit pedibus molli redimita papyro, ubi satis manifestum est caligam senatoribus ab eo tribui, ut gallicam Iisacis. Græci recentiores καλτζα vocaverunt calceum, nomine à caliga detorto. ut enim qui Latinis calix, ipsis καλτζα dicta est, sic qui vestiutoribus Græcis καλιξ, recentiores καλτζα, & καλτζα dixerunt καλιξ καλιξ. Græcis est calliga: ut δέλφιξ δέλφιξ, delphica. Modestinus de excus. tut. & μέγον. i. τις δέλφιξ καλιξ επατελα, καλιξ

Δελφικη

λοιπάς περιπλάξεοι σταθού-
μένοι. καίδες ex Latino caliga fece-
runt Græci, postea Latini ex illo Græ-
co καίδες vel καίλις, καίλιγ^Θ, cali-
gem etiam dixerunt pro caliga. Isido-
rus: clavati quasi claviati, eo quod minu-
tis clavis sola caligis vinciantur. idem in
Glossis: caliges, gallice militum-
κάλτζαι sunt caligæ. Codinus: τὸ
ταππάσιον αὐτὸν τὸ μὲν παλαιόν Ση-
τῖτην, τὸ δὲ αἰ καίλτζαι ἡρανέαν:
at casus hodie vocamus, tibialia, qua
appellatione femoralia quoque five
braccas nuncupamus, sed ad distin-
ctionem earum quibus crura ve-
stuntur, has superiores calſas dicere
consuevimus. interiora etiam femi-
nalia calſones appellamus. sic veteres
calcamenti etiam dixerunt de fasciis
femoralibus & cruralibus. Justinus:
igitur brachia & crura calcamenti, caput
tiare tegit. vide quæ supra notavimus
ad Alexandri vitam. calſa nostræ re-
spondent plane femoralibus & tibia-
libus fasciis quibus veteres crura, &
femora velabant. caligæ etsi tibiatim
calcearentur, nunquam tamen pro
braccis, aut femorum tegmine apud
veteres sunt acceptæ, ut viri quidam
dotti falso sibi persuaserunt. caligam
Capitolinus in vita Maximini cum
campago confundit. Trebellius heic
campagum à caliga distinguit. campa-
cum vel campagum proprio vocabant
senatorium vel patricium calceum,
caligam vero militarem. atqui Ter-
tullianus caligam de senatorio cal-
ceamento dixit, καίλησσαν. nisi
quis dixerit caligis etiam usos sena-
tores, quod non putamus, sed caligam
ille usurpatæ pro campago pos-
sunt, vel calceo senatorio. sic Luit-
prandus calceos imperatorios, caligas
vocabit: dicitum ut quia tantæ erat
dignitas, & λαθυνέον filiam suam
Helenam imperatori copularat, rubrica-
tarum pellum caligis ut iſlic imperatorum
mos est, uteretur. caligam recentiores
non de calceamento tantum militari
dixerunt, sed de omni calceorum
genere hanc vocem usurparunt. Cas-
tianus lib. I, cap. x. sandalia mona-

chorum &gyptiorum caligas appellat : cum infirmitas corporis , vel matutinis hyemis rigor seu meridiani astus fervor exegerit , tantum caligis munimunt pedes . D. Hieronymus οὐρδίλια , caligas verit . verus interpres Juvenalis Graecorum crepidas , Graias caligulas vocat . ita enim interpretatur , quæ Juvenalis trechedipna dixit . nimurum trechedipna volebat esse apud Juvenalem quæ Græcis τεξάδες appellantur . τεξάδες exponit Hesychius , οὐρδίλια διπτήσηται . auctori veteris Glossarii τεξάδες sunt gallicula . idem galliculas οὐρδίλια reddit alio loco , sic plane galicæ & caligæ confunderentur . aperte tamen distinguit Tertullianus , & caligam senarioribus , gallicam hoc est οὐρδίλιον Isiacis attribuit . & sane constat gallicam de eo genere calceorum fuisse , quod infimas tantum plantarum calces tegeret , quales erant crepidæ & soleæ . at caligæ non tales . non dubito multis auctorum locis caligas , & caligulas , pro gallicis & galliculis irreplisse . Græci quoque , dum καλύπτω & καλύπτειν scribunt , dubium facere possent utrum caligam an gallicam exprimere voluerint . iidem Καλλιγλαῦτοι solent plerumque scribere qui Latinis Caligula . sed certum est sive καλλιγλαῦτοι illi scribunt , sive καλλιγλαῦτοι , de caliga esse accipendum non de gallica . perperam de gallica accipiunt illum Suidæ locum : ἀλλα κλαμίδα εἴ Θεταλές , οἱ ιδιῶται γάλλην τελταῖ φαστ . nam quid galli chlamyde ? ἀλλας ἀλλικος Græcis est genus chlamydis fibulatoriæ . Callimachus :

Αὐτοὶ οὖσιν ἐρεγμένοι σε.

Hesychius: ἀλίκη χλαυδία ἐπιπόρημα, οἱ δὲ πορπίδαι χλαυδίδαι μακροχεῖρες. ita legendum apud Hesychium. μακροχέιρ, alibi χλαυδῶτες interpretatur. hinc macrochera tunica Severi in vita Alexandri. ab illa voce ἀλίκη, alicam & aliculam Latim.

gas gemmatas annexuit, quum campagos reticulos appella-

ni genus vestis vel togæ deflexerunt. de qua nos alibi. nihil igitur illa Suidæ ἀλιξ ad gallicam, chlamys ad crepidam. sed ne ut sutor ille quondam ultra crepidam, & extra plantam evagemur, sciendum est Latinos infimæ vetustatis caligam de omni calceamento dixisse ut Græcos στυπάντος. qua de re nos alibi Deo juvante. caliga autem ex Græco. nam χαλκη est pellis. unde calga. sed more suo caligam dixerunt veteres. ut Αλκυονία Alcumenæ. Τέρμησσα Tercimessa. λύκην, lycinus. sic καλχη, caliga. nam χ in ε mutant. ut χαλκεύη, galbanum: δοχη doga: σίγη, stigium: χήνη, gamma, unde gammare & subgamma-re, deridere. sic solea à Græco υλιας, quod pellem significat. ο υλιας, hæc solea. ut ο κοχλιας, hæc cochlea. Hesychius: υλιας τὰς τοις καλτύσας θεματάς. υλιας τας καρπα-τίνας τοις. υλιας, solea: ut υραξ, forex: οληγς, sulcus, & similia. sed hæc alibi.

Ibid. Caligas gemmatas annexuit.] Gemmeas malo legere cum Palatino, quæ ita contextæ contextæque gemmis escent, ut totæ gemmeæ viderentur.

CASAVBONVS.

I Cum campagos reticulos diceret.] Obtinuerat jam tum, ut campagis, quod genus est calceamenti barbarici, uterentur imperatores, ut supra dictum in Maximinis. at Gallienus spretis campagis, caligas, id est militares calceos annexuit, sed gemmatos. Reticulos autem campagos appellavit Gallienus, quia intercisi erant, ut æstivi calcei hodieque, sunt multifores: sic nobiliorum apud Græcos calcei erant πολυγόνοι: ex eaque redicebantur χιστη & λεπτογόνοι. nihil autem reticulato operi similius calceis istis intercisis. Poterat & alia afferrari ratio hujus appellationis: quod

pars campagi superior, quam Aristoteles χαρτίνα & πολυγόνα nominebat, è loris decussatim implicitis esset contexta. & hæc fortasse ratio est, cur de calceo imperatoris loquens Georgius Pisides, voca ελλογη situs. sic enim Heraclium alloquitur apud Cedrenum, sive suis, sive alienis versibus: Ω βασιλοῦ,

Μελαμβαφες πίδειον είλιξαι πόδα, Βάψας ἐρυθρὸν Περσικῶν ήτι αι-μάτων.

sed de ipsis fuisse alibi. Campagum Græci καμπάνιον dicunt. Vox est μέ-σαρθρον: nam à Græco καμπη Latinitas fugiens fecit campa pro crure, quod vulgo hodie Galli retinemus. extat autem sèpius in Veterinario Vegetii. Inde est campagus, quod crure tenus vinciretur, ut illustrissimi Scaligeri sententia est: quam veram censemus.

SALMASIVS.

I Cum campagos reticulos diceret.] De campagis vel campacis, ut potius sunt dicendi, quædam carptim supra attrigimus ad Maximinorum vitam, & longe plura superiore anno notabamus ad inscriptionem Regillæ, quod genus autem calceamenti fuerit, campacus, & unde sic appellatum sit, paulo subtilius heic quærendam videretur. genus calcei barbarici fuisse notavit ad hunc locum vir magnus: cui non possum assentiri. nam appellatio ipsa campaci minime barbara, sed ex Græco plane deducta, ut inferiorius ostendemus. sic igitur appellatos esse reperio recentiorum scriptorum avo calceos patriciorum & senatorum, quibus etiam imperatores utebantur, solo colore discretis à senatoriis. nam imperatorii campagi rubri erant vel phænicei, senatorum vero nigri vel etiam candidi. campagum regium dixit Capitolinus in Maxi-

Maximino : nam quum esset Maximinus pedum ut diximus octo, & prope semis, calceamentum ejus, id est campagum regium quidam in luce qui est inter Aquileiam & Anciam posuerunt. **καμπάγη** sive **καταπάγη**, hoc est compagos patriciorum calceos, vocatos esse vult Johannes Antiochenis **τὸν δέχαιοντας** quod Romanum cappa adsutum haberent. Romanum illud cappa est C, quod Lunæ figuram refert, quam Lunulæ figuram Romani senatores calceis adsutam gerebant. verba Johannis illius : **Νερῆς ὁ βασιλεὺς** οὐδὲν τοῖς πατερίων τοπάθαι, τὸν Παυκεῖνον καταπά, οὐ δέχαι τοῖς Ελληνοῖς πῶ. οἱ Δῆμοὶ τὸν κοινῶν ἐπιμελεῖσθαι πατέρων ἔχον ἐπονηματαν. οὐδὲν γὰρ οἱ πατερίων τὰ καταπάγηα οὐδὲν ἀλλας οὐδὲν τοῦ βασιλεῦ. **καταπάγηοι** pro **καμπάγηοι** Graculus ille dixit, vel quod ita etymologie, quam ibi adfert, magis faveret, vel quod etiam nomen illud sic enunciarent. sic **καμπάδιοι**, & **καβάδιοι**: **πατερίοι** & **πατερίαιοι** proferebant. campagus igitur, patricius, & imperatorius calceus, quod autem ait, **ως τὸν εἶχον ἄλλας οὐδὲν τὸ βασιλεῖ**, sane verum est senatores nunquam videri solitos in publico sine calceis & toga, nec imperatorem videre cuiquam senatori licebat nisi togato, & cum calceis. senatoris enim vel senatoriae dignitatis insignia hæc erant, toga & calceus, sive ut posteriores appellarunt, **campagus**. moris igitur fuit, ut senatores omnesque magistratus non nisi cum dignitatis sua insignibus imperatori se ostenderent, & ejus conspectui se offerrent. Chrysostomus: **τὸν δέχαι τὸν βασιλεῖ** **πατερία** **τὸν δέχαις σύμβολον** **ἔχει δεῖ**. quos autem campagos posterior atas vocavit, calceos simpliciter vocabant vetustiores Latini. nam etsi calceus generale nomen, de quolibet calciamento, sic proprie tamen dictum est calceamentigenus quo senatores & eque-

ster ordo, & reliqui paulo honestiores & equester ordo, & reliqui paulo honestiores in urbe utebantur. hinc distinctus calceus, à crepida, à solea, à gallica, à caliga, à peronibus, & aliis quibuslibet calceamentorum generibus. Isidorus: **calceis** utebantur reges & Caesares, patricii lunatos eos gestabant, quod erat insigne nobilitatis. qui magistratum curulem cepissent, calceis mullei coloris utebantur. Cato apud Festum: qui magistratum curulem cepisset, calceos mullos, alii uncinatos, ceveri perones, qui triumphabant, puniceos sumebant. in veteri inscriptione C. Marii: **VESTE. TRIUMPHALI. CALCEIS. PUNICEIS.** hos postea soli imperatores usurparunt, ut & reliqua triumphalia ornamenta. hinc Consules sub imperatoribus, mulleis, aut rubris & puniceis calceis quibus stante republica utebantur, abstinuerunt, quod illi imperatoribus quasi proprii dicati essent: sed pro purpureis aut puniceis, auratos habuerunt. Cassiodorus in formula consulatus: **pinge vastos humeros vario colore palmatæ, validam manum victoriali scipione nobilitata, lares proprios etiam calceis auratis egredere.** omnes illi calcei, cuiuscumque tandem coloris essent, ejusdem formæ fuere. nam color in calceis formam non mutat. calceus igitur proprius Romanorum fuit, in urbe & in publico usurpari solitus. nam domi depositis calceis, soleas sumebant. extra urbem quoque calceos abdicabant. itaque calceus togam semper sequebatur, calceum. Romanum appellat Cassiod. in Codicillis Patriciatus ad Tholum: **velarit humeros fortes chlamydum vestis, pinxit suras sericis calceus iste Romanus.** calcei servis interdicti. Servius: nec calceos nec colobia Roma servi habebant. à Siculis autem & illis Gracis qui Italiam incoluerunt nomen & usum calcei videntur esse mutuati Romani veteres. **καλκεῖον** illi dicebant, quem Latini **calcium** vel **calceum** vocaverunt. ea voce Rinthon Tarentinus usus est teste Polluce lib. vii. cap. xxii.

o P' inbas

ē Pīθaw: ἡ καλοφανία καὶ καλλία ποιεῖται. Hesychius: καλλίων ταῦθης κατέπιται καὶ πολλαὶ σὺν οἷς ισπόδεις, cavum & profundum calceamentum, καὶ λογικὴ βαθὺ ταῦθης Graci vocant, quod usque ad medium tibiam ascendit. Pollux: καὶ ταῦθης καὶ λαβαθεῖσις μέσον κνήμην δινηρίζεται Romanorum calcei, ut alibi dicemus, sed quod addit Hesychius, εὐ οἷς ισπόδεσιν, id jam Romanis calceis minime convenit, quorum usus tantum in urbe. voce καλλίστηται etiam alicubi Plutarchus ubi κατὰ καλλίων appellat, novum calceum, idem alibi καλλίων πατερίων dixit de senatorio calco. οὐδὲ διθυμιαὶ μηνιγγίσεις οὐδὲ ποδάρχας απαλλάξεις καλλίστη πατερίων, οὐδὲ δακτύλιος πολυτελῆς παρανομίας. perperam hodie apud Plutarchum legitur, καλλίκρατος, pro καλλίστη πατερίων. ridiculi sunt in ea voce corrupta exponenda lexicorum consarcinatores, dum καλλίκρατος interpretantur calceolum. sensus Plutarchi est, calceos patricios podagrā sananda nihil quidquam prodeste, non magis quam pretiosos annulos, reduvia tollenda, in eodem tractatu paulo post πατερίων simpliciter vocat, calceos patricios: αἴλας κλαῖνον ὅπερ φορεῖ πατερίων: έτα δὲ καὶ φορῶν, ὅπερ μετέπειτα σπατηγεῖ παραγγελλεῖν δὲ καὶ σπατηγῶν, ὅπερ μητέ ταῦθης. quo loci minus bene Budaeus senatoria verit. melius senatorios calceos, vel patricios reddidisset. calceos porro senatorios istos sive patricios, campacos appellari constat ab auctoribus mediis. cuius appellationis rationem quæsiverunt docti, atque etiam, defe si creditur ipsis, invenerunt; nam à Graco καμπή, Latinitatem fugientem fecisse campam pro crure, atque inde esse compagum quod crure tenus annexeretur. gambam quidem hodie crus vocamus, sed falsum est insimilatum Latinitatis auctores campam pro cruce usurpare: falsum item extare hanc

vocem eo sensu in veterinario Vegetii. gamba sapius legitur apud Vegetium, sed non pro crure, ut nos vulgo appellamus. possem multis locis inde allatis hoc probare, verum unus sufficiet qui instar erit multorum, lib. i. cap. lvi. de equo sic loquitur post quod admonitus injurya, tollit alias crura, & inflexione geniculorum, atque gamberum nulliter ubit. gamba Vegetio est, quæ Graci καμπή, si καμπή, Graci pro crure toto unquam dixerunt, nihil causæ dico quin & gammam in eadem significatione posuerit Vegetius. sed quantum interest apud Gracos inter τὸ σκέλος, καὶ τὸ καρπὸν Γαπέλας, tantum sane est inter gammam, & crus apud Vegetium. Graci καρπὸν appellant, omnem artuum articulorumque commissuram & inflexionem. hinc καμπαὶ δακτύλων, καμπαὶ βραχίων, καμπαὶ σκελῶν Aristoteli de partibus animalium. Gamba vero Vegetio proprie dicitur καὶ καμπή Γαπέλας, quæ tibiam pedi jungit. sic enim partes istæ ordine procedunt in equo: pes, gamba, crus vel tibia, genu, coxa. de quibus alibi pluribus apud ipsum Vegetium. non potest igitur indepeti campagi etymologia, quod crure id est campa tenus vincitur. præterea etsi maxime campam pro crure usurpassent Latini, cum præter campagum alia multa calciamentorum genera apud veteres in usu fuerint itidem crure tenus solita calciari, non video cur id nominis proprium præcipuumque campago dari debuerit, quod esse debuit omnibus aliis generibus commune. sane generalem hanc esse cōportuit campagi appellationem, de quoconque calciamento, quod ad medium usque tibiam calciando pertingeret. caliga, perones, tubuli, cothurni tibiam calciabantur, non minus quam campagi, immo etiam magis. nam campagus, loris tantum, & corrigiis crus involvens, magnam ejus partem integrum relinquebat, quod illæ species totum.

pellaret. Convivatus in publico est : congiariis populum mollivit : senatui sportulam sedens erogavit.

Matro-

totum operiebant solida & integra pelle. docuimus ante , quid proprie fuit campagus , nunc quare ita distus sit, doceamus. campagos reticulos appellabat Gallienus. ideoque magis libenter utebatur caligis. reticulos eos idcirco appellatos à Gallieno volunt, quod intercisi erant, ut astivi calcei hodieque apud nos esse solent. Græci πολυχιδεῖς, ριζαὶ & λεπτοὶ hujusmodi calceos multiforatiles vocant. sed tales fuisse patriciorum senatorumque calceos non legimus, immo non fuisse tales satis constat. si minime tales erant senatorii calcei, nec campagi fuere. nam ex iis quæ supra disputavimus, satis potest constare, campagos de senatoriis vel patriciis calceis dictos esse. verius igitur campagis reticulis ideo similes visos Gallieno propter lororum & corrigiarum quibus circa crura alligabantur, variam & multiplicem decussatimque voluntam implicationem, quæ reticulatum plane opus referret. multis autem corrigiarum nexibus, & involutonibus vinciri solitos patricios illos calceos, sive campagos ex Isidoro colligitur qui ita eos describit: patricios calceos Romulus reperit, quattuor corrigiarum affulaque Luna. cum quattuor illis corrigiis adnecterentur, multas decusse fieri fuit necesse, quales videntur in reticulis. atque inde etiam nomen reperiisse campagos, non verisimile tantum, sed omnino verum est. nec vox est μιξόσαρκος, sed plane Græca, vel ex Græco declinata. nam δέ τοι καμπάνη, hoc est à flexuris illis & decussationibus corrigiarum, οὐ καμπάνη καμπανός, τὸ καμπάνιον genus illud calceamenti Græcis est appellatum: Latini campacum vel campagum dixerunt. καμψίον etiam de quodam genere calceamenti invenio apud Hesychium.

chium: καμψία, κανά, κανισσα, κανάσσα κυνηγεία ἀς γύρασθος, ἡ ιωδήματα ποῖα. καμψία Græcis dicuntur vasa viminea ex virgis inflexis & invicem implexis reticulatim contexta. καμψία quoque iidem appellaverunt, arculam ex vimine plexoque factum. hinc Latinum capsā. καμψία, capsā ut αἰταμέστης, andabata. καμπάνη etiam, τὸ καμψία appellarunt. sed de his alibi. καμψίον igitur calcei genus, quod corrigiis & loris reticulatim cancellatimque implicitis adnecteretur. τὸ καμψίον, est καμπάνον καμψία κανάσσα κυνηγεία interpretatur Hesychius. at κανάσσα Polluci inter ιωδήματα recensentur. verum de his alibi fuse. καμψίον & καμπάνη idem videri posset, quod eadem utriusque vocabuli originis sit ratio: ut ut sit, de eo dubitari minime potest, quin ea sit origo vocis καμπάνη & καμπάνιον, & Latinæ campacum, quam diximus esse. nam ut δέ τοι ερπάτια quod est euro, futurum ερπάτια, inde ερπατός curator: & δέ τοι τελεάξω τελεάξ, qui moratur: & σαλπίξ δέ τοι το σαλπίξ: sic δέ τοι καμπάνη, καμπάνη calceus, quod multis καμπάνη flexurisque corrigiatum crura vinclat. hinc verbo ελιστή usus est de campago regio Georgius Pisides:

Μελαιναφεὶς πέδηλοι εἰλίξας πόδη
Βάιφας ἐρυθρῷ Περσικῶν ἐξ αἴ-
ματων.

καμπάνιον Suidæ ξυεῖς. ξυεῖς & αναξεῖς idem. αναξεῖδες Hesychio, τὰ βαθέα καὶ βασιλικὰ ιωδήματα. κανπάνιον & καππάνιον alii dixerunt. at καεπάνιον aliud est apud Hesychium. nam κανπάνιον & καππάνιον diminutivum à καππα. de quo nos alibi.

I Matres

¹ Matronas ad consilium suum rogavit, iisdemque manum sibi osculantibus, quaternos aureos sui nominis ¹⁷ dedit. Ubi de Valeriano patre comperit quod captus esset, ² id quod philosophorum optimus de filio amissi dixisse fertur, ³ Sciebam me genuisse mortalem, ⁴ dixit ille, Sciebam patrem meum esse mortalem. Nec defuit Annianus Cornicula qui eum quasi constantem principem ⁵ falso sua voce laudaret. pejor tamen ille qui credidit. Sæpe ad tibicinem processit, ad organum se recepit, quum

¹ Matronas ad consilium suum rogavit.] Quod consilium? an consilio suo matronas interesse voluit, & cum his deliberavit? hoc sane videatur innuere vulgata hujus loci lectio, quam ne suspicione quidem tenus à doctis hominibus virtutis insimulatam fuisse valde miror. atqui si veterem editionem consuluerint, facile illis fuisset, ea suffragante, non solum hanc scripturam, quæ edita est, falsi condemnatam expellere, sed veram etiam quæ haec tenus exulavit, in possessionem suam reducere. sic igitur habuit vetus editio: matronas ad consulatum suum rogavit, iisque manum suam osculantibus quaternos aureos nominis sui dedit. atque ita etiam legitur in Palatino. pessimo consilio hoc mutarunt recentes editores. notum est aureoruni argenteorumque numerorum sparsiones olim fieri solitas ab his qui consulatum inibant. hinc *τῶαντα* recentioribus Græcis quævis sparsio. Gallienus igitur ad consulatum suum etiam matronas invitavit, nec ea expertes munificentia suæ esse voluit, & singulis manum suam osculantibus ² *τῶαντας* nomine quaternos aureos Gallienos dedit.

³ Sciebam me genuisse mortalem.] Proponam scripti codicis lectionem, quæ aliquantum est turbata, & involuta: id quod philosophorum optimus de filio amissi dixisse fertur, sciebam me

genuisse mortalem, nec defuit ille si dixit, sciebam patrem meum esse mortalem, nec defuit Annianus Cornicula. quiam & eamdem turbationem reperit in suis libris doctissimus Casaubonus. sed facile expediri potest. nam illa verba, nec defuit, perperam sunt repetita ex sequentibus. sic igitur totum locum legendum puto: id quod philosophorum optimus de filio amissi dixisse fertur, Sciebam me genuisse mortalem, de patre ille dixit, Sciebam patrem meum esse mortalem, Nec defuit Annianus Cornicula.

GR V T E R V S.

¹ Matronas ad consulatum suum rogavit.] Nolui fraudare lectores scriptura Palatina, quæ verissima. male prius edebatur, ad consilium suum.

⁵ Falso sua voce laudaret. pejor, &c.] Exstant hæc plane in Pal.

CASAUBONUS.

² Id quod philosophorum optimus d.] Xenophon.

⁴ Dixit ille.] Reg. nec defuit cum ille sic dixit. simile genus loquendi ante exposuimus: sed aliter hic Puteani codd. & videtur temere corruptus locus ex sequentibus paullo post verbis.

⁵ Falso sua voce laudaret, pejor tamen ille qui credidit.] Omnia hæc absunt à regio: ubi locus ita conceptus: qui cum quasi constantem principem dicret.

I. Lxxv

quum processui & recessui cani juberet. ¹ Lavit ad diem septimo æstate vel sexto, hyeme secundo vel tertio. Bibit in aureis semper poculis, ² aspernatus vitrum, dicens nil esse eo communius. Semper vina variavit: neque unquam in uno convivio ex uno vino duo pocula babit. Concubinæ in ejus tricliniis sæpe accubuerunt. Mensam secundam scurrarum & mimerum semper prope habuit. Quum iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur. Ibant & præfecti, ³ & magistri officiorum omnium: ⁴ adhibebantur

¹ Lavit ad diem septimo.] Ad pro
persicopiscus in Firmo: struthionem
ad diem comedisse fertur. in Commodo:
Lavabat per diem septies. sic autem
membranæ: vulgo, Lavit dies.

GRVTERVS.

⁴ Adhibebantur & conviviis & nationibus lavabant.] Est à libris calamo pictis, quibus adludit quoque Pal. in quo, & nationibus. perperam vulgati prius, & cœnationibus. lavabant,
etc.

SALMASIUS.

² Aspernatus vitrum, dicens nihil esse
eo communius.] Pal. diceret, pro dicens.
foste: aspernatus vitrum, cum diceret
nihil eo esse communius.

³ Et magistri officiorum omnium.] De
magistris officiorum supra diximus,
& heic dicam etiam, quæ non præter-
rit melius est. singula officia Pala-
tina habuerunt magistros suos, qui
& principes dicebantur. hinc sapient
apud hos auctores videmus magi-
stros & principes simul eos appellari.
Lampridius in Alexandro: injuriam
nulli unquam amicorum, comitumve fecit,
ne magistris quidem aut principibus officio-
rum, principes & magistri officiorum
ibi iidem sunt, nec tanquam diversi
ponuntur. heic magistri, simpliciter
dicuntur, ut in vita Pescennii: quos
quidem versus Severus evadi noluit, quam
hoc ei & præfecti suggererent, & officio-
rum magistri. principes vocantur in

Antonino philosopho: amicis comi-
tantibus à senatu ornavit, additis officio-
rum omnium principibus. qui in singulis
officiis Palatinis primum locum ob-
tinebant, hi principes & magistri illius
officii in quo primas tenebant,
dicebantur. primi & magistrinumerariorum
dicuntur leg. viii. Codic.
Theod. de numerariis: jubemus om-
nes numerarios, non eos modo quos plebe
confusa vulgus abscondit, sed primos etiam
& magistros eorum, officii sedis amplissi-
mae, tum etiam judicum ceterorum, &c.
primates officii, & priores, & capita
officii passim in Codicibus Justin. &
Theod. vocantur. aliter tamen atque
aliter in diversis officiis nominaban-
tur isti principes & magistri. in offi-
cio præfecturæ prætorii qui primus
erat & princeps illius officii, primicerius
vocabatur. in officio sacrarum
largitionum & privatarum, & aliis
plerisque, primicerius. in scriniis epi-
stolarum, libellorum & memoriae,
proximus. in dispositionum scrinio,
comes dispositionum. nam in tribus illis
scriniis epist. libell. & mem. qui pri-
mi erant & primum locum inter ho-
mines ordinis sui obtinebant, proximi
dicebantur. priores scrinii eos vo-
cat Cod. Theod. de prox. com. di-
spos. hi & in capite scrinii constituti
esse dicuntur leg. xi. eod. tit. per omnia
scrinia nostra singulis annis emens, qui sunt
in capite constituti, uno anno teneant proximatum.
principes scriniorum vocat Lam-
pridius

pridius in Alexandro. proximi igitur in scriniis iidem erant, qui in aliis officiis primicerii. hi enim omnes qui in aliquo officio primo loco militabant, principes & magistri illius officii audiebant. sic comites dispositionum, qui id erant in scrinio dispositionum quod proximi in aliis seriniis. magistros etiam dispositionum vocat lex tit. titulo quo supra: clarissimos viros proximos seriniorum, & magistros dispositionum vicariorum ordini copularum. nec dubium est proximos libellorum, epistolatum & memoriae, magistros etiam dictos, & eosdem fuisse cum illis qui magistri epistularum, libellarum & memoriae apud antiquiores dicebantur. prater hos autem singulorum scriniorum magistros, fuit & qui diceretur & esset omnium scriniorum magister, sub quo erant quatuor illi scriniorum magistri, proximi scilicet epistularum, libellarum & memoriae, & comes dispositionum. is simpliciter vocabatur *scrinorum magister*, & *scrinia curare* dicebatur, ut *epistulas curare*, qui epistularum magister erat. at de magistro epistularum non dices eum *scrinia curare*, aut scriniorum magistrum esse: nam unum tantum scrinium curabat, nempe epistolarum, nec plurimum scriniorum erat magister, quod nomen tantum usurpabatur de quatuor scriniorum magistro. diximus de hanc supra & pluribus eam confirmavimus. eodem plane modo Palatina omnia officia, prater illos singulorum officiorum magistros, unum quemdam generalem magistrum agnoscabant, qui *officiorum magister*, & *princeps officii Palatini*, & sine ulla additione *magister* simpliciter vocabatur. ejus dignitas *magisteria*. leg. unica Cod. de quæstoribus & magistris offic. qui ex quæstura honore, aut efficaci *magisteria*, aut *comitiva utrinque arari nostri attento splendore* viguerunt. ita enim ex Cod. Theod. legendum. perperam hodie vulgatur, aut *officiali magisterio*. jam *efficaci pro officiali* mendaverat Cujacius, sed *magisterio*

perperam retinuerat. *magisteria dignitas* de magistro officiorum Cassiodoro dicitur. ejus officiales *principes* dicebantur & *magisteriani*, vel *magistrini*. quoties igitur legis *magisteriam*, aut *magisteriam dignitatem*, de hoc officiorum magistro debes eam intelligere. Suidas: *μαγιστρός*, δοκιμaucto nescio quis apud eundem: *ωφελίας* της Θεοδωρος της μαγιστρειας δοκιμων παραποτης της γραμμης εγραφον, id est, magistrum officiorum. Theophylactus lib. n. cap. iii. hist. ο της ωρας παραποτης μαγιστρου Διονυσου δοκιμων εκαθευ το θυραι εφερε. μαγιστρος δοκιμων vocat Priscus in hist. Goth. Magistrum της ε μαγιστρος διποτης δοκιμων αερομετεριανης. cum enim magistri και εξοχων dicentur, eorum etiam dignitas *magisteria* dicta est: ut *vicaria dignitas* vicarii: *praefectoria*, *praefecti*: *consularis*, *consul*. multi alii erant magistri, ut magistri militum, magistri cubiculi, magistri scriniorum, sed de nullo alio *magisteria* dicebatur, quam de hoc officiorum magistro, exempli gratia; dignitas magistri militum non vocabatur *magisteria*, sed *magistrum militum*. & ita de aliis. hunc Graci interpretantur ιηγεμονα της αιγαληνης τελεσαι & ιηγεμονα της αιγαλικων καταδογαν. unicus hic in aula videtur fuisse. Corippus:

— mandante magistro

Omnis sacerdotum *vis* adfuit officiorum, quod alibi pluribus confirmabimus in libro de officiis domus Augustae at plures fuere sub insigniæ etatis Græcis imperatoribus, ut ibi dicimus. per magistros vero officiorum heic intellige singulorum officiorum Palatinorum principes, qui omnes suberant illi quem dixi magistro.

4 Adhibebantur & consivis & cationibus.] Cænationem Latini non solent pro cæna dicere vel convivio, sed locum ipsum ita vocant in quo cœnatur. corruptum autem id verbi videtur ex scriptura vetere, nationib. sic

bebantur & conviviis & coenationibus. lavabant etiam simul cum principe. ² Admittebantur saepe etiam mulieres, ³ cum ipso pulchræ & puellæ, & cum illis anus deformes, & jocari se dicebat quum orbem terrarum undique perdidisset. Fuit tamen nimiæ crudelitatis in milites : ⁴ nam & terna millia, & quaterna militum singulis diebus occidit. Statuam sibi maiorem colosso fieri præcepit Solis habitu, sed ea imperfeta periiit. Tam magna denique cœperat fieri, ut duplex ad colossum videretur. Poni autem illam voluerat in summo Æsquiliarum monte, ⁵ ita ut hastam teneret,

sic igitur erit distinguendum & legendum: adhibebantur & conviviis, & nationibus, lavabant etiam cum principe. nationes vocat, narrationes. natationibus autem utebantur veteres æstate, ut balneis hyeme. natationes frequenter nominat Celsus, aliquando tamen & nationes, ut lib. III. cap. XXIV. per omne vero tempus utendum est exercitatione, frictione: si hyems est, balneū; si æstas, frigidis nationibus. cap. XXI. ejusdem libri: balneū rarerum res amat, frequentiorem in jejunio vomitum. si æstas est, in mare natare commodum est. lib. IV. cap. V. item unctiones frictionesque, hinc perfundi gelida atque in cadera natare. natationes igitur vel nationes siebant in aqua frigida, idque æstate. balnea vero hyeme frequentabantur. nationes vero heic habemus & balnea. nam verbum lavandi, quod hoc loco legitur, ad balnea referimus.

CASAUBONUS.

¹ Et conviviis & coenationibus.] Bis idem dicit. sed aliter regius, & alter Puteani: & natationibus lavabant simul cum principe.

⁴ Nam & terna millia & quaterna militum singulis diebus occidit.] Id est uno die, non enim quotidie id faciat: sed aliquando tamen accidit, ut plura millia militum die uno trucidaret. Exemplum superius in clade Byzantina: & item alterum libro sequente in Ingenuo tyranno.

Tom. II.

SALMASIUS.

² Admittebantur saepe etiam mulieres, cum ipso pulchræ & puellæ.] Virtiosa nonnihil & lectio & distinctio.videtur enim hac lectio distingui mulieres & puellæ. atqui sic legi debet: admittebantur saepe etiam mulieres cum ipso, pulchræ puellæ, & cum illis anus deformes. mulieres saepe etiam cum ipso admissas scribit, hoc est puellas pulcas & anus deformes, jocandi scilicet & ludendi gratia.

GRUTERVS.

³ Cum ipso pulchræ puellæ; cum illis anus, &c.] Sic Pal. exclusa copula &, quæ in vulgatis.

CASAUBONUS.

⁵ Ita ut hastam teneret, per cuius caput infans ad summum posset ascendere.] Caput intellige statuæ, non hastæ. hoc dicit si recte capio, vagrandem hanc statuam non solidam, sed cavam ab interiori parte fuisse: ita ut pateret puero via sursum tendenti ad summum usque caput: unde per os emissus, hastam quæ tenebatur erecta, concidebat quam longa illa erat. rem ridiculam sane & nugatoriam. Sed Josephus Scaliger monuit me legendum esse, per cuius scapum inf. quæ verissima lectio est. quid sit columnæ scapus, sciunt qui legerunt Vitruvium. dicitur & de multis aliis re-

bus,

neret, 'per cuius caput infans ad summum posset ascendere. Sed Claudio & Aureliano deinceps stultares visa est, siquidem etiam equos & currum fieri jubarat pro qualitate statuae, * atque in acutissima base poni. Porticum Flaminiam ³ usque ⁴ ad pontem Milvium & ipse paraverat ducere, ita 'ut tetricastiche fieret, ut autem alii dicunt, pentastiche: ita ut primus ordo pilas haberet, & ante se columnas cum statuis, secundus & tertius, & deinceps ^{Διατάξεις} columnas. Longum est ejus cuncta in literas mittere. ⁶ quæ qui volet scire, legat Palfurium Suram, qui Ephemeridas ejus vitæ composuit. Nos ad Salonium revertamur.

bus, apud Plinium sape. etiam duo illi asseres arrestarii, qui scalarum gradus sustinent, scapi Latinis dicuntur. Zeno Veronensis sermone de Abraham ^{III.} Scala duos scapos habet, & gradus plurimos, sed ejus ascensus est unus.

GRUTERVS.

¹ Per cuius caput infans.] Nihil verius emendatione Scaligerana, per cuius scapum.

⁴ Ad pontem Milvium.] Pal. Molvium. scilicet scribendum Milvium.

SALMASIUS.

² Atque in acutissima base poni.] Aperte falsum & mendosum tinnit hæc acutissima basi. quomodo enim acutissimam eam intelligemus, quam amplissimam, & vastissimam oportet fuisse, ut teneret equos & currum ea magnitudine, qui responderent illi statua colosse? Palatinus etiam hac parte vicius, nam actus legit. nos legimus, acutissimam basim dixit, amplissimam sic, auctiores opes Florus, ampliores & maiores. plura non addam illi conjecturæ nostræ firmandæ, & vulgata

lectioni infirmandæ. satis enim puto & illam defendi, & hanc per se improbari.

³ Usque ad pontem Milvium.] Molvium, Pal. atque ita semper in libris, Milvius, non Milvus.

⁵ Ut tetricastiche fieret.] Valde miro viro Græce doctissimo, virium hujus lectionis minime suboluisse, Græce quidem, sed minus Græco more enuntiatæ. nec enim τέτραστιχον, aut πενταστιχον Græci puto dicerent scribendum igitur: ut tetricastiche fierent, & pentastiche. fierent autem, non ferre, etiam in Palatino reperitur scriptum tetricastiche sunt τέτραστιχον, quattuor scilicet ordines columnarum, vel columnæ quaternis ordinibus positæ. sic & πενταστιχον, quin ordines columnarum. tetricastiche pro τέτραστιχον, ut picile pro ποικιλη supra & Tichobates, pro πενταστιχον ramen & σοίζων Græci dicunt pro eodem. ante se, pro ante: ut contra, pro contra.

⁶ Quie qui volet scire legat Palfurium Suram.] Calphurium habet princeps editio. ex qua scriptura posset fieri: Calfurnium vel Calpurnum.

DE